Vers. 13. *Qui — coelo.* Qui iuxta diuinitatem in coelo est, siue coelestis. Vide autem, quomodo, etsi sublimia videantur verba, non tamen maiestati suae conformia sunt? Nam et quum in coelo est, terram non relinquit: et de coelo descendens, non abest a coelo, sed vbique est, quum diuinitas circumscribi non possit. Talia tamen loquitur, parcens auditoris imbecillitati, et paulatim ipsius mentem eleuare volens.

Vers. 14.

3) Inclusa absunt. A.
4) Inclusa absunt. A.

τελέμενον ἢ καὶ πρὸς σύγκρισιν τῆς Φρικωδεστάτης αὐτῦ γεννήσεως. πρὸς γὰρ τὸ ὕψος ἐκείνης, ἐπίγειός ἐστιν αὕτη καὶ χθαμαλή.

Verf. 13. Καὶ — καταβάς. Ἐπεὶ προλαβὼν εἶπεν ὁ νικόδημος, ὅτι οἴδαμεν, ὅτι ἀπὸ θεῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, τῦτο αὐτὸ διορθῦται νῦν, ὡσανεὶ λέγων, μὴ νομίσῃς με τοιῦτον διδάσκαλον, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν. καὶ γὰρ ὐδεὶς ἐκείνων ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ὐρανὸν, [ἤγουν,[3]) ἐπέβη τῦ ὐρανῦ,] εἰ μὴ ἐγὼ, ὁ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβάς. διὸ καὶ ὑψηλὰ δόγματα κομίζω.

Καὶ ἑτέρως δὲ εἶπεν, ὅτι ὁ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβάς. διότι παρὰ τῇ παλαιᾷ γραφῇ κατὰ διαφόρους οἰκονομίας ὁ θεὸς καταβῆναι καὶ ἀναβῆναι λέγεται, ὡς τό καταβὰς[c]) ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελῦνται καὶ τό ἀνέβη ὁ[d]) θεὸς ἀπὸ ἀβραὰμ, ἡνίκα ἐπαύσατο λαλῶν αὐτῷ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα.

c) Gen. 18, 21.

d) Gen. 17, 22.

Verf. 13. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, [υἱὸς[4]) τῦ[5]) θεῦ. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος,] ὀνομάζει ἑαυτόν.

Verf. 13. Ὁ — ὐρανῷ. Ὁ κατὰ τὴν θεότητα ὢν ἐν τῷ ὐρανῷ, εἴτουν, ὁ ὐράνιος. ὅρα δὲ, πῶς, εἰ καὶ ὑψηλοὶ δοκῦσιν οἱ λόγοι, ἀλλὰ καὶ ὕτως ἀνάξιοί εἰσι τῆς μεγαλωσύνης αὐτῦ; καὶ ἐν τῷ ὐρανῷ γὰρ ὢν, ὐκ ἀπελιμπάνετο τῆς γῆς καὶ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβὰς, ὐκ ἀφίστατο τῦ ὐρανῦ, ἀλλὰ πανταχῦ ἦν. ἀπερίγραπτος γὰρ ἡ θεότης. ὅμως φθέγγεται τοιαῦτα, φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τῦ ἀκροατῦ, καὶ κατὰ μικρὸν ἀνάγειν βυλόμενος τὴν αὐτῦ διάνοιαν.

5) Corrige ἀνθρώπου, vt habet Hentenius.

Vers. 14. *Et* — v. 15. *aeternam.* Quum maximum retulisset beneficium, quod hominibus per baptismum confertur, narrat et aliud non minus, quod per baptismum datur. Quae duo Paulus quoque simul posuit scribens ad Corinthios, Num pro vobis crucifixus est Paulus, aut in nomine Pauli baptizati estis? Nam haec duo ineffabilem eius ostendunt dilectionem, quod et regenerationem contribuit, vt mundaret nos a peccatis nostris, et crucifixus est, vt in aeternum viuamus. Innuit itaque crucifixionem suam, ostendens quod eam praecoguouerit, et ex consequenti voluntarie ad eam propter hominum salutem accedat. Non tamen de ea directe loquutus est, sed exaltati a Mose serpentis sumsit exemplum *), docens quod vetera nouis cognata sint, eorumque figurae.

Est autem de serpente historia talis: In eremo olim serpentes morsu necabant Israëlitas. Iussit ergo Deus Mosi, vt factum serpentem aeneum exaltaret in ligno, ad quem intenderent, qui morsi erant ac sanarentur. Eratque serpens aeneus durus, figura corporis Christi, duri ac seueri contra peccatum: ille absque veneno, et hic sine veneno peccati: ille in ligno eleuatus, et hic in ligno crucis exaltatus: ille morsis a serpente et in se intendentibus vitam praebens, hic morsis a serpentibus spiritualibus vitam tribuens sempiternam, si fide in ipsum intendant.

Propter hoc ergo per similitudinem dixit, sicut Moses exaltauit serpentem et caetera. Deinde, causam addit talis exaltationis. Sicut enim eleuauit ille serpentem, vt in eum intendentes vitam

habe-

*) ὃ καὶ ἐλάττονα ἑτέραν (hic est spacium vacuum quinque litterarum) τὴν διὰ: A.

Vers. 14. Καὶ — v. 15. αἰώνιον. Εἰπὼν τὴν μεγίστην εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος, λέγει[b]) καὶ ἑτέραν οὐκ ἐλάττονα, τὴν διὰ τοῦ σαυροῦ. τὰς δύο γὰρ καὶ παῦλος ὁμοῦ τέθεικε, γράφων κορινθίοις· μὴ[c]) παῦλος ἐσαυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβαπτίσθητε; τὰ δύο γὰρ ταῦτα τὴν ἄφατον αὐτοῦ δεικνύουσιν ἀγάπην, ὅτι καὶ ἀναγέννησιν ἐχαρίσατο, ἵνα καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἐσαυρώθη, ἵνα ζήσωμεν αἰωνίως. προεσήμανε μὲν οὖν τὴν σαύρωσιν αὐτοῦ, δεικνὺς, ὅτι προγινώσκει ταύτην, καὶ λοιπὸν ἑκουσίως ἐπὶ ταύτην ἔρχεται, διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. οὐκ ἐξ εὐθείας δὲ περὶ αὐτῆς εἶπεν, ἀλλὰ τὸν παρὰ μωϋσέως ὑψωθέντα ὄφιν ἔλαβε παράδειγμα, διδάσκων, ὅτι συγγενῆ τὰ παλαιὰ τοῖς καινοῖς, καὶ τύποι τούτων ἐκεῖνα. c) 1 Cor. 1, 13.

Ἐστὶ δὲ ἡ κατὰ τὸν ὄφιν ἱστορία τοιαύτη τίς· ἐν τῇ ἐρήμῳ[f]) πάλαι δάκνοντες οἱ ὄφεις τοὺς ἰσραηλίτας, ἀνῄρουν. ἐκέλευσεν οὖν ὁ θεὸς τῷ μωϋσεῖ κατασκευάσαι χαλκοῦν ὄφιν, καὶ ὑψῶσαι τοῦτον ἐπὶ ξύλου, καὶ τοὺς δεδηγμένους ἀτενίζειν εἰς αὐτὸν, καὶ οὕτως οἱ δηχθέντες ἔζων. καὶ ἦν τύπος ὁ χαλκοῦς ὄφις τοῦ σερροῦ καὶ ἀνενδότου πρὸς κακίαν σώματος τοῦ χριστοῦ· ὁ χωρὶς ἰοῦ, τοῦ χωρὶς ἰοῦ τῆς ἁμαρτίας· ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ ξύλου, τοῦ ὑψωθέντος ἐπὶ ξύλου τοῦ σαυροῦ· ὁ παρέχων ζωὴν τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν ὄφεων καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτὸν, τοῦ παρέχοντος ζωὴν αἰώνιον τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν νοητῶν ὄφεων καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτὸν ἐν πίσει. f) Num. 21, 8. 9.

Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁμοιωματικῶς εἶπεν, ὅτι καθὼς μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα προσέθηκε καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ὑψώσεως. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὕψωσε τὸν ὄφιν, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες

haberent: ita et hic exaltatus est, vt in eum intendentes siue credentes, vitam habeant sempiternam. Sed ibi sane serpens propter serpentes mordentes, hic autem homo propter homines morsos. Ibi quia propter serpentes prouenerat nocumentum, per serpentem erat et cura: hic vero, quoniam per hominem intrauit mors in mundum, datur et vita per hominem: eumque mortuum, vt is, qui mortem induxerat, moreretur.

Dicens autem, Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, omnino se Deum esse ostendit, cuius mors praestat aliis vitam aeternam: moritur siquidem tanquam homo, praestat autem vitam aeternam tanquam Deus: et qui aliorum prohibet perditionem, ipse nequaquam perire potest. Crux ergo vitae aeternae fons est. Vnde, quod cogitatio non facile recipit, fides recipit, quae cogitationis imbecillitati neruos addit. Patet ergo fidei vtilitas.

Vers. 16. *Sic — aeternam.* Deus sic dilexit mundum: siue adeo homines amat, vt pro hominibus filium suum dilectum in mortem tradiderit: vt omnis qui credit in eum, viuat perenniter vita beata, quae sanctis congruit. Ostendit ergo, quod de mente sua sicut et patris fuerit crucifixio: Vna siquidem eademque voluntas est patris et filii ac spiritus sancti. Rursum quod additur, Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, confirmatio verbi est.

Sed quam ob causam dilexit Deus mundum? Plane ob aliud nihil, quam propter immensam bonitatem suam.

Eru-

7) ἔχωσι. A.

ζῶντες εἰς αὐτὸν ἔχωσι [7]) ζωὴν· οὕτω καὶ ἔτος ὑψώθη, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν, ἤγουν, οἱ πιςεύοντες, ἔχωσι ζωὴν αἰώνιον. ἀλλ' ὄφις μὲν ἐκεῖ, διὰ τὰς δάκνοντας ὄφεις· ἄνθρωπος δὲ ἐνταῦθα, διὰ τὰς δακνομένους ἀνθρώπους. καὶ ἐκεῖ μὲν, ἐπεὶ δι' ὄφεως ἡ βλάβη, δι' ὄφεως καὶ ἡ θεραπεία· ἐνταῦθα δὲ, ἐπεὶ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, δι' ἀνθρώπου καὶ ἡ ζωὴ παρεγένετο· νεκρὸς δὲ, ἵνα νεκρωθῇ τὸ νεκροῦν.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι ἵνα πᾶς ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ [8]) ζωὴν αἰώνιον· ἐνέφηνεν, ὅτι εἰ ὁ θάνατος ἑτέροις παρέχει ζωὴν αἰώνιον, θεός ἐςι πάντως· θνήσκων μὲν, ὡς ἄνθρωπος, παρέχων δὲ ζωὴν αἰώνιον, ὡς θεός· καὶ ὁ κωλύων τὴν ἑτέρων ἀπώλειαν, οὐκ ἂν ποτε αὐτὸς ἀπόλοιτο. ὁ ςαυρὸς ὢν πηγὴ ζωῆς αἰωνίου, ὁ λογισμὸς μὲν ῥᾳδίως ὁ παραδέχεται, πίςις δὲ παραδέχεται, νευροῦσα τὴν λογισμοῦ τὴν ἀσθένειαν. χρεία τοίνυν πίςεως.

Vers. 16. Οὕτως — αἰώνιον. Οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἤγουν, τοσοῦτον ἐςὶ φιλάνθρωπος, ὥςε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητὸν ἐξέδωκεν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων εἰς θάνατον, ἵνα πᾶς ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν ζῇ αἰωνίως, τὴν μακαρίαν ζωὴν, τὴν πρέπουσαν τοῖς ἁγίοις. ἔδειξε τοίνυν, ὅτι καὶ τῷ πατρὶ κατὰ γνώμην ἡ ςαύρωσις. ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. πάλιν δὲ τὸ, ἵνα πᾶς ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λόγου.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον; πάντως δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος.

Αἰσχυν-

8) ἔχει. A.

Erubescamus igitur intuentes eius dilectionem: Nam ipse neque filio suo vnigenito pepercit propter nos, at nos etiam pecuniis parcimus, ne eas propter ipsum expendamus: quod certe omnem excedit ingratitudinem, vt opus eius immensae sit bonitatis, nostrum vero immensae ingratitudinis. Erga filium quoque simili vtimur perfidia. Homini namque qui se pro nobis exposuit periculo, promte omnem tradimus substantiam: Christo vero qui pro nobis mortuus est, neque hanc beneuolentiae mensuram exhibemus: sed fratres eius minimos despicimus esurientes, aliaque plurima sustinentes: magis autem ipsum, qui mala illorum per compassionem pro suis ducit.

Vers. 17. *Non — eum.* Aliam quoque Dei ostendit humanitatem ac ineffabilem quam erga nos gerit curam. Neque enim solum dedit filium suum vnigenitum, sed et iudicium reiecit, ac in secundum eius distulit aduentum.

Duo siquidem Christi sunt aduentus: qui iam factus est et qui futurus est. Non sunt autem hi duo ad eosdem fines: Est enim primus non vt inquirat, sed vt remittat quae ab hominibus perpetrata sunt: Secundus vero non vt remittat, sed vt inquirat. Hic ergo de primo loquitur.

Atqui etiam primus condemnationis erat, si quod verum est fateri volumus: nam ante hunc lex naturalis erat, et lex scripta ac prophetae: doctrinae et signorum exhibitiones, aliaque multa quae vitae instituta corrigerent: et consequens erat vt omnium transgressiones punirentur. Sed quum admodum humanus esset, non statim de malis inquirebat, sed ignoscebat: nam si inquisisset, omnes

Αἰσχυνθῶμεν οὐκ αὐτοῦ τὴν ἀγάπην. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ μονογενοῦς ἐφείσατο δι' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ καὶ χρημάτων φειδόμεθα δι' αὐτόν, ὃ πᾶσαν ὑπερβέβηκεν ὄντως ἀχαριστίαν· ὡς εἶναι τὸ ἐκείνου μὲν ὑπερβολὴν ἀγαθότητος· τὸ ἡμέτερον δὲ, ὑπερβολὴν ἀχαριστίας. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ἴσην ἀγνωμοσύνην τηροῦμεν. ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ, ὑπὲρ ἡμῶν κινδυνεύοντι, πᾶσαν προθύμως ἐπιδώσομεν ἂν τὴν οὐσίαν· τῷ δὲ Χριστῷ δι' ἡμᾶς ἀποθανόντι, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέτρον τῆς εὐγνωμοσύνης φυλάττομεν, ἀλλὰ παρορῶμεν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοὺς ἐλαχίστους, πεινῶντας καὶ διψῶντας, καὶ τἄλλα πάντα κακοπαθοῦντας, μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν τὰ ἐκείνων συμπαθῶς οἰκειούμενον.

Vers. 17. Οὐ — αὐτοῦ. Δείκνυσι καὶ ἄλλην τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν καὶ κηδεμονίαν ἄφατον. οὐ μόνον γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κρίσιν ἀνεβάλετο, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν αὐτὴν ἐταμιεύσατο.

Δύο γὰρ αἱ τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι, ἡ ἤδη γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δὲ αἱ δύο. ἀλλ' ἡ πρώτη μὲν, οὐχ ἵνα ἐξετάσῃ τὰ πεπραγμένα τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἵνα ἀφῇ· ἡ δευτέρα δὲ, οὐχ ἵνα ἀφῇ, ἀλλ' ἵνα ἐξετάσῃ. νῦν οὖν περὶ τῆς πρώτης φησί.

Καίτοι καὶ ἡ πρώτη κρίσεως ἦν ἂν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, διότι πρὸ ταύτης καὶ νόμος ἦν φυσικὸς καὶ νόμος γραπτὸς καὶ προφῆται καὶ διδασκαλίαι καὶ σημείων ἐπιδείξεις καὶ πολλὰ τὰ διορθοῦντα τὴν πολιτείαν, καὶ ἀκόλουθον ἦν, εὐθύνας πάντων ἀπαιτηθῆναι· ἀλλ' ὡς ἄγαν φιλάνθρωπος, οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ ἐποιήσατο ἐξέτασιν, ἀλλὰ συγχώρησιν. εἰ γὰρ ἐξήτασε, πάν-

omnes simul abrepti essent: omnes siquidem peccauerant. Nunc ergo venit vt de praeteritis veniam tribuat, et de futuris securos reddat. Postmodum autem veniet vt condemnet, et de his qui non crediderunt vltionem sumat. Si non venissem, inquit, et loquutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Vers. 18. *Qui — condemnatur.* Qui legitime credit. Vel qui seruat etiam eius praecepta. Nam de his, qui tales non sunt, ait Apostolus, Confitentur se scire Deum, factis autem negant.

Vers. 18. *Qui — Dei.* Nam sicut illum fides exemit condemnationi, ita hunc incredulitas ante iudicium condemnauit: homicida enim et quicunque delinquit, ex natura peccati statim condemnatus est, sed postmodum sententia principis.

Alio quoque modo. Quia iudicium non erat praesens sed futurum, condemnationis timorem prope adduxit.

In nomen autem, hoc est in ipsum: nam et hoc idioma est scripturae Hebraicae, vbi de Deo loquuntur, capere nomen eius pro ipso, religionis gratia.

Vers. 19. *Haec — lucem.* Haec est infidelium condemnatio: propter hoc condemnantur, quia veniente ad eos luce scientiae ac veritatis (dicit autem hoc de seipso) dilexerunt magis tenebras ignorantiae ac mendacii quam lucem. Nam qui absente luce manet in tenebris, excusationem fortassis aliquam habebit: quanquam et hunc oportuit

*) παρὰ τό. B.

πάντες ἂν ἀθρόον ἀνηρπάσθησαν. πάντες g) γὰρ ἥμαρτον, φησι. νῦν μὲν οὖν ἧκε, συγχωρῶν μὲν τὰ πρότερα, ἀσφαλιζόμενος δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα· ὕστερον δὲ ἥξει κρῖναι, καὶ τοὺς μὴ πεισθέντας εὐθῦναι. εἰ μὴ h) ἦλθον, γάρ φησι, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

g) Rom. 3, 23.
h) Io. 15, 22.

Vers. 18. Ὁ — κρίνεται. Ὁ πιστεύων γνησίως, ἤγουν, ὁ καὶ φυλάττων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. περὶ γὰρ τῶν μὴ τοιούτων φησὶν ὁ παῦλος, ὅτι θεὸν i) ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.

i) Tit. 1, 16.

Vers. 18. Ὁ — θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἡ πίστις ἐξείλετο τῆς κρίσεως πρὸ τῆς κρίσεως, οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἀπιστία κατέκρινε πρὸ τῆς κατακρίσεως. καὶ ὁ φονεὺς γὰρ, καὶ πᾶς πλημμελήσας, τῇ φύσει μὲν τοῦ ἁμαρτήματος αὐτίκα καταδεδίκασται· τῇ ἀποφάσει δὲ τοῦ ἄρχοντος, ὕστερον.

Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον. ἐπείπερ ἔμελλεν ἡ κρίσις, καὶ οὐ παρῆν, ἐγγὺς ἤγαγε τὸν φόβον τῆς καταδίκης.

Εἰς τὸ ὄνομα δὲ, ἀντὶ τοῦ, εἰς αὐτόν. ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἑβραΐδος γραφῆς, ἐπὶ τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ λαμβάνειν, ἀντ' αὐτοῦ, δι' εὐλάβειαν.

Vers. 19. Αὕτη — φῶς. Αὕτη ἐστὶν ἡ κατάκρισις, τῶν μὴ πιστευόντων, διὰ τοῦτο κατακρίνονται, ὅτι ἐλθόντος τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας εἰς αὐτοὺς· λέγει δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ· ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας καὶ τοῦ ψεύδους) παρὰ τὸ φῶς. ὁ μὲν γὰρ, ἀπόντος τοῦ φωτὸς, μένων ἐν τῷ σκότει, λόγον ἴσως

tuit non ita se habere, sed lucem quaerere: qui vero veniente ad se luce adhuc in tenebris residet, omni priuatur excusatione: auersum enim animum ad lucem claudit, et voluntarie tenebris offunditur: nec solum ad lucem non venit, sed e diuerso quum magis lux ad se veniat, fugit, et a sua auertitur salute. Deinde etiam causam ponit propter quam dilexerunt tenebras.

Vers. 19. *Erant — opera.* Ideo ergo lucem fugerunt, ne ea manifestaret. Atqui non venit, vt inquirat, sed potius, vt ignoscat: et ideo accurrere magis oportebat.

Vers. 20. *Omnis — lucem.* Quamdiu mala operatus fuerit, quamdiu in his permanserit.

Vers. 20. *Et — eius.* Timens videlicet.

Vers. 21. *Qui — lucem.* Qui operatur, quod rectum est, qui recte conuersatur, venit ad lucem, amat lucem.

Vers. 21. *Vt — opera.* A luce: neque enim erubescit aut veretur ea.

Vers. 21. *Quod — facta.* Quod secundum Deum sint, quod Deo placentia.

Quod autem dictum est; Vt manifestentur, non est intelligendum, quasi hoc in facto suo quaerat, sed tanquam rei consequentia hoc faciente: solet namque lux manifestare, quae proxima sunt.

Vers. 22. *Posthaec — baptizabant.* Ipsi baptizabant, non ille. Dicit enim in sequentibus euan-

*) Malim, καν γάρ.

ἔξει ταῦτα. καὶ [1]) γὰρ καὶ τοῦτον ἔδει μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ ζητεῖν τὸ Φῶς· ὁ δὲ, τοῦ Φωτὸς ἐλθόντος εἰς αὐτὸν, ἔτι προσεδρεύων τῷ σκότει, ποίας ἀπολογίας τεύξεται. ψυχῆς γὰρ διεστραμμένης, μύειν πρὸς τὸ Φῶς καὶ ἐθελουσίως σκοτίζεσθαι, καὶ μὴ μόνον μὴ αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς τὸ Φῶς, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, τοῦ Φωτὸς μᾶλλον πρὸς αὐτὸν ἐλθόντος, Φεύγειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν. εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἠγάπησαν τὸ σκότος.

Vers. 19. Ἦν — ἔργα. Διὰ τοῦτο οὖν ἔφυγον τὸ Φῶς, ἵνα μὴ Φανερώσῃ αὐτά. καίτοι οὐκ ἦλθεν, ἵνα ἐξετάσῃ, ἀλλ' ἵνα συγχωρήσῃ. διὸ καὶ μᾶλλον ἔδει προσδραμεῖν.

Vers. 20. Πᾶς — Φῶς. Ἕως ἂν Φαῦλα πράσσοι, ἕως τούτοις ἐγκαταμένοι.

Vers. 20. Καὶ — αὐτοῦ. Φοβούμενος, δηλονότι.

Vers. 21. Ὁ — Φῶς. Ὁ πράττων τὸ εὐθὲς, ὁ πολιτευόμενος ὀρθῶς, ἔρχεται πρὸς τὸ Φῶς, ἀγαπᾷ τὸ Φῶς.

Vers. 21. Ἵνα — ἔργα. Ὑπὸ [2]) τοῦ Φωτός. οὐκ ἐπαισχύνεται γὰρ αὐτά.

Vers. 21. Ὅτι — εἰργασμένα. Ὅτι κατὰ Θεόν εἰσιν, ὅτι ἀρεστὰ τῷ Θεῷ.

Τὸ δὲ ἵνα Φανερωθῇ εἴρηται, οὐχ ὡς ἐκείνου τοῦτο ζητοῦντος, ἀλλ' ὡς τῆς ἀκολουθίας τοῦ πράγματος τοῦτο ποιούσης. εἴωθε γὰρ τὸ Φῶς Φανεροῦν τὰ ἐγγίζοντα.

Vers. 22. Μετὰ ταῦτα — ἐβάπτιζον. Αὐτοὶ ἐβάπτιζον, οὐκ ἐκεῖνος. Φησὶ γὰρ προϊὼν ὁ εὐαγ-

[2]) Sic correxi, pro ὑπέρ.

euangelista, quod ipse Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. Siquidem, vt eos qui credituri erant nec concurrebant, hoc modo congregarent, (quod in Simone fecit Andreas, et in Nathanaël Philippus) baptizare iussi sunt, vt multos simul coadunare possent: quos etiam ea, quae de Christo erant edocentes, Saluatori, qui prope aderat, offerebant.

Quaedam autem exemplaria habent, Et baptizabat, quod etiam ipsum intelligitur, quod non per seipsum, sed per discipulos suos hoc faceret.

Vers. 23. *Erat* — v. 24. *Iohannes.* AEnon et Salim, loca quaedam erant ita nominata.

Praeterea Iohannes baptizabat donec in carcerem coniiceretur, vt continue posset docere de Christo, et baptizatos ad eum transmittere. Et ne zelo aut ira cessasse videretur, sed potius de eo crederetur, quod Christi discipulis cooperaretur, baptizatosque ad eum adduceret. Et tertio, ne discipulos suos ad maiorem aemulationem accenderet. Nam si millies clamans, semperque primas Christo concedens, et tantum sese deiiciens, non persuasit eis, quod illius praecursor esset, si deinceps baptizare cessasset, procul dubio omni postposito pudore sub praetextu honorandi magistri, eumque praeponendi, contra Christum et Apostolos multa deblaterassent. Quod etiam sciens Christus tunc praecipue coepit praedicare, quum Iohannes e medio sublatus est.

Vnde

a) Scilicet Euthymius, pro vulgari ἐβάπτιζεν, hic in contextu habet ἐβάπτιζον. Ergo alteram etiam lectionem memorat. Lectionem autem ἐβάπτιζον sumsit ex Chrysost. Tom. VIII. p. 164. D. quam quilibet intelligit esse spuriam ac pro tempore fictam. Vulgatum seruat et explicat Theo-

εὐαγγελιστής· ὅτι[k]) ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, k) Io. 4. 2.
ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτῦ. ἵνα γὰρ μὴ περιτρέχοντας, ὅτω συνάγωσι τοὺς ὀφείλοντας πιςεύειν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σίμωνος ὁ ἀνδρέας ἐποίησε, καὶ ἐπὶ τοῦ ναθαναὴλ ὁ φίλιππος· τὸ βαπτίζειν ἐνεςήσαντο, δυνάμενον πολλοὺς ἅμα συνάγειν, οἷς ὁμῦ τὰ περὶ τῦ χριςῦ διδάσκοντες, προσέφερον αὐτὺς ἐγγὺς ὄντι τῷ σωτῆρι.

Τινὰ[3]) δὲ τῶν ἀντιγράφων, καὶ ἐβάπτιζε γράφουσιν, ὃ καὶ αὐτὸ νοεῖται, ὅτι οὐ δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Verſ. 23. Ἦν — v. 24. ἰωάννης. Καὶ ὁ αἰνὼν καὶ ὁ σαλὴμ, τόποι τινὲς ἦσαν, ὅτω καλέμενοι.

Ἔτι δὲ ὁ ἰωάννης ἐβάπτιζεν ἄχρι τῦ βληθῆναι εἰς τὴν φυλακὴν, ἵνα διηνεκῶς ἔχοι διδάσκειν περὶ τῦ χριςῦ, καὶ τὺς βαπτιζομένους παραπέμπειν[4]) εἰς αὐτόν· καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ζήλῳ ἢ ὀργῇ παύσασθαι, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ὑποπτεύηται συμπράττειν τοῖς μαθηταῖς τῦ χριςῦ, καὶ προσάγειν τοὺς βαπτιζομένους· καὶ τρίτον, ἵνα μὴ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἰς πλείονα ζηλοτυπίαν ἐξάψῃ. εἰ γὰρ μυριάκις βοῶν, καὶ ἀεὶ τῶν πρωτείων τῷ χριςῷ παραχωρῶν, καὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐλαττῶν, οὐκ ἔπεισεν αὐτὺς ἐκείνῳ προσδραμεῖν· εἰ λοιπὸν ἀπέςη καὶ τῦ βαπτίζειν, ἠναισχύντησαν ἂν, καὶ, προφάσει τῦ ὑπερτιμᾶν τὸν διδάσκαλον, ἐλύττησαν ἂν κατὰ τῶν ἀποςόλων καὶ τῦ χριςῦ. τῦτο καὶ ὁ χριςὸς εἰδὼς, τότε μᾶλλον ἤρξατο κηρύσσειν, ὅτε ὁ ἰωάννης ἐκ μέσου γέγονε.

3) Theophyl. p. 600. C. In textu haec prorſus deſunt apud Cyrillum, ſed in interpretatione ita refert: βαπτίζει τοιγαροῦν ὁ χριςὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν. Tom. IV. p. 156. E.
4) πέμπειν. A.

Vnde et Chrysostomus, Propterea inquit, opinor praeproperam illi concessam esse mortem, vt omnis affectus multitudinis in Christum transfunderetur: nec deinceps diuiderentur variis de vtroque sententiis.

Quod si quis requirat quid amplius haberet baptismus discipulorum supra baptismum Iohannis: Respondemus quod nihil: vterque enim similiter gratiae spiritus expers erat, et vtrisque vna erat caussa, vt videlicet baptizatos Christo adducerent.

Cap. IV. De purificatione.

Vers. 25. *Facta est — purificatione.* Facta est disputatio ex discipulis Iohannis aduersus quendam Iudaeum a Christi discipulis baptizatum. Quaestio autem erat de purificatione, siue baptismate, tanquam baptisma eorum amplius quiddam haberet super baptisma discipulorum Christi, aemulatione siquidem accensi id persuadere conabantur.

Vers. 26. *Et — baptizat.* Quum Iudaeum vincere non possent, venerunt ad magistrum suum ac dixerunt: Ille, de quo tanta ac talia testificatus es, quem tuo testimonio glorificasti: hic tuum munus contra te exercet, tuamque rapit gloriam. Et insuper exasperare illum cupientes, addiderunt:

Vers. 26. *Et — eum.* Te relicto.

Vers. 27. *Respondit — coelo.* Non potest homo a seipso tale quippiam accipere, vtpote coeleste

*) Tom. VIII. p. 165. B.

*) χριστοῦ perspicuitatis caussa addendum, quod Chrysostomus etiam habet. Tom. VIII. p. 165. E.

Φησὶ δὲ ὁ χρυσόστομος, ὅτι οἶμαι [5]) διὰ τοῦτο συγχωρηθῆναι ταχίστην αὐτῷ γενέσθαι τὴν τελευτὴν, ἵνα πᾶσα τοῦ πλήθους ἡ διάθεσις ἐπὶ τὸν χριστὸν μετέλθῃ, καὶ μηκέτι σχίζωνται ταῖς περὶ ἀμφοτέρων γνώμαις.

Εἰ δὲ τις ἐξετάζοι, τί πλέον εἶχε τὸ τῶν μαθητῶν βάπτισμα παρὰ τὸ τοῦ ἰωάννου, φαμὲν, ὅτι οὐδέν. ἑκάτερα γὰρ ὁμοίως τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἄμοιρα ἦν, καὶ ἀμφοτέροις αἰτία μία, τὸ προσάγειν τῷ χριστῷ τοὺς βαπτιζομένους.

Κεφ. Δ. Ζήτησις περὶ καθαρισμοῦ.

Vers. 25. Ἐγένετο — καθαρισμοῦ. Ἐγένετο διάλεξις ἐκ τῶν μαθητῶν ἰωάννου πρὸς ἰουδαῖόν τινα, βαπτισθέντα παρὰ τῶν μαθητῶν τοῦ χριστοῦ. ἡ δὲ ζήτησις ἦν περὶ καθαρισμοῦ, ἤτοι, βαπτίσματος, ὡς τοῦ παρ' αὐτοῖς πλέον τι τοῦ τῶν μαθητῶν [6]) ἔχοντος. ζηλοτυποῦντες γὰρ ἐπεχείρουν πείθειν.

Vers. 26. Καὶ — βαπτίζει. Μὴ δυνηθέντες πεῖσαι τὸν ἰουδαῖον, ἦλθον πρὸς τὸν διδάσκαλον ἑαυτῶν, καὶ εἶπον, ὅτι ὧ σὺ μεμαρτύρηκας τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα, ὃν διὰ σῆς μαρτυρίας ἐδόξασας, οὗτος ἀντιπράττει σοι, καὶ ὑφαρπάζει τὴν δόξαν σου. ἔτι δὲ παρακνίζειν αὐτὸν ἐθέλοντες, προστιθέασι·

Vers. 26. Καὶ — αὐτόν. Σὲ καταλιμπάνοντες.

Vers. 27. Ἀπεκρίθη — οὐρανοῦ. Οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀφ' ἑαυτοῦ λαμβάνειν οὐδὲν

 τοιοῦ-

coeleste ac diuinum: nam terrenum ac humanum saepius etiam a seipsis accipiunt. Hoc autem dicens, occulte quidem ostendit, Christum non simpliciter hominem esse, sed etiam Deum: manifeste vero demonstrauit, quod a Deo acceperat, vt glorificaretur, omnesque attraheret.

Deinde quia Iohannis testimonium ad Christi imminutionem assumserant, retorquet ipsum contra eos, et ab eo magis ostendit illum sibi praepositum. Ait enim:

Vers. 28. *Ipsi — illum.* Missus sum ante illum, siue minister ac seruus eius. Si ergo meum producitis testimonium, illud maiorem hunc esse testificatum est.

Vers. 29. *Qui — est.* Ipse, qui sponsam habet, sponsus est vel dominus. Sponsa siquidem populus est fidelium, siue ecclesia mystice per fidem coadunata: sponsus vero Christus, hanc ineffabiliter sibi coadunans, et appropriaus ac eligens. Vnde et Saluator rem hanc nuptias alibi appellauit.

Vers. 29. *Amicus autem — sponsi.* Superius quidem seipsum seruum ac ministrum, hic autem amicum illius vocat: non seipsum extollens aut iactans, sed in hoc negotio gaudium demonstrans per amici appellationem. Neque enim ita gaudent serui in nuptiis dominorum sicut amici.

Quod ergo dicit, tantundem est, ac si diceret: Ille quidem sponsus est ac dominus: ego vero amicus ac sponsae ductor, qui stans iam et nuptiis intendens perficiendis, quodque mihi iussum est

2) προβάλεσθε, B.
3) ὁ, omittit. B.

αὐτὸν εἶναι οὐράνιον καὶ θεῖον. γήϊνα γὰρ καὶ ἀνθρώπινα πολλοὶ πολλάκις καὶ ἀφ' ἑαυτῶν λαμβάνουσι. τοῦτο δὲ εἰπὼν, μυστικώτερον μὲν ὑπέφηνεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ θεός. φανερώτερον δὲ ἐδήλωσεν, ὅτι ἐκ θεοῦ ἔλαβε τὸ δοξάζεσθαι καὶ πάντας ἐφέλκεσθαι.

Εἶτα, ἐπεὶ τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν προεβάλλοντο πρὸς ὑποβιβασμὸν τοῦ χριστοῦ, περιτρέπει ταύτην κατ' αὐτῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς μᾶλλον δείκνυσιν ἐκεῖνον ὑπερκείμενον. λέγει γάρ.

Vers. 28. Αὐτοὶ — ἐκείνου. Ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου, ἤτοι, διάκονος καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ. εἰ οὖν τὴν ἐμὴν[7]) προβάλλεσθε μαρτυρίαν, αὕτη μείζονα ἐκεῖνον ἐμαρτύρησεν.

Vers. 29. Ὁ — ἐστίν. Αὐτὸς,[8]) ὁ ἔχων τὴν νύμφην, αὐτός ἐστι νυμφίος, ἤγουν, κύριος. νύμφη μὲν οὖν, ὁ λαὸς τῶν πιστῶν, ἡ ἐκκλησία μυστικῶς συναπτομένη διὰ πίστεως· νυμφίος δὲ ὁ χριστὸς, ἀῤῥήτως συνάπτων ἑαυτῷ καὶ οἰκειῶν ταύτην ἐπιλεγεῖσαν. ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ, γάμους[9]) τὸ πρᾶγμα ὁ σωτὴρ ὠνόμασεν.

Vers. 29. Ὁ δὲ φίλος — νυμφίου. Ἀνωτέρω μὲν, διάκονον καὶ ὑπηρέτην· ἐνταῦθα δὲ, φίλον ἑαυτὸν ἐκείνου καλεῖ, οὐκ ἐπαίρων ἑαυτὸν, οὐδὲ κομπάζων, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ[1]) πράγματι χαρὰν ἐνδεικνύμενος, διὰ τῆς τοῦ φίλου προσηγορίας. οὐχ οὕτω γὰρ οἱ ὑπηρέται χαίρουσιν ἐν τοῖς γάμοις τῶν κυρίων, ὡς οἱ φίλοι.

Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἐστὶ νυμφίος καὶ κύριος· ἐγὼ δὲ φίλος καὶ νυμφαγωγὸς, ὃς ἕστηκως ἤδη, ὡς ἀνύσας τὴν νυμφαγωγίαν, καὶ ὡς πληρώσας τὸ ἐντεταλμένον μοι, καὶ λοι-

[9]) Veluti Matth. 22, 2. coll. 9, 15.
[1]) ἐπὶ τῶν πραγμάτων. A.

est adimplens, et exinde audiens ipsum cum sponsa colloquentem, illamque componentem ac instruentem, gaudeo propter hanc eius vocem, quae adeo dulcis est, adeo efficax, adeo salutaris.

Vers. 29. *Hoc — impletum est.* Quum illi sponsam tradiderim, ac commissum mihi ministerium, vt dictum est impleuerim. Illi ergo putabant praeceptorem suum exasperandum, et ad aemulationem irritandum: ipse vero, quum praedicta diceret, ostendit, quod non solum non aemularetur eum qui gloria superaret, sed gauderet potius, vt qui hoc procurasset. Deinde etiam de futuro prophetat.

Vers. 30. *Illum — minui.* Minui: quemadmodum lucifer orto sole.

Vides quo pacto paulatim ac ingeniose illorum inuidiam cohibeat, ac impossibilia tentantes ostendat? Ideo enim adhuc eo viuente et baptizante dispositum est, vt ita fieret, quo ipsum excellentiae Christi testem haberent fide dignum et in nullo contradicere possent: vnde nec a seipso haec dixit, sed illis impellentibus.

Vers. 31. *Qui — est.* Qui coelestis est, maior omnibus est: et ideo ego quoque minor sum.

Vel aliter: Qui coelestis est, nullo eget, et ita nec meo eget testimonio ipse sibi sufficiens.

Vers. 31. *Qui — est.* Sicut illud de illo, ita et istud de isto dicit: nam qui e terra profectus est, terrenus est, siue inferior illo; siquidem coelum supernum est et excelsum: terra vero inferna et humilis.

Vers. 31.

τὸν ἀκμῶν. αὐτῦ διαλεγομένου πρὸς τὴν νύμφην καὶ ῥυθμίζοντος αὐτὴν καὶ παιδεύοντος, χαίρω διὰ τὴν φωνὴν αὐτῦ, τὴν ὕτω γλυκεῖαν, τὴν οὕτως ἐπέραστον, τὴν ὕτω σωτήριον.

Verſ. 29. Αὕτη — πεπλήρωται. Παραδόντος ἐκείνῳ τὴν νύμφην, καὶ πεπληρωκότος, ὡς εἴρηται, τὴν ἐγχειρισθεῖσάν μοι διακονίαν. ἐκεῖνοι μὲν ὖν ᾤοντο παρακνίζειν τὸν διδάσκαλον ἑαυτῶν, καὶ εἰς ζηλοτυπίαν ἐρεθίζειν· αὐτὸς δὲ, τὰ ῥηθέντα εἰπὼν, ἔδειξεν, ὅτι ὐ μόνον ὐ ζηλοτυπεῖ παρευδοκιμύμενος, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μᾶλλον χαίρει, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς τῦτο ἐσπούδαζεν. εἶτα προφητεύει καὶ περὶ τῦ μέλλοντος.

Verſ. 30. Ἐκεῖνον — ἐλαττῦσθαι. Ἐλαττῦσθαι, ὡς, ἡλίου ἀνατείλαντος, ἑωσφόρον.

Εἶδες, πῶς ἠρέμα καὶ εὐμηχάνως τὴν βασκανίαν αὐτῶν ἐσωφρόνισε, καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειρῦντας ἔδειξε; διὰ τῦτο γὰρ καὶ ᾠκονομήθη, ἔτι ζῶντος αὐτῦ καὶ βαπτίζοντος, ταῦτα γενέσθαι, ἵνα αὐτὸν ἀξιόπιστον μάρτυρα τῆς ὑπεροχῆς ἔχωσι, καὶ μηδεμία τύτοις ἀντιλογία περιλειφθείη. ὐδὲ γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτῦ ταῦτα εἶπεν, ἀλλ᾽ ἐκείνων παρορμησάντων.

Verſ. 31. Ὁ — ἐςίν. Ὁ ἐπυράνιος μείζων πάντων ἐςὶ, διὰ τῦτο κἀγὼ ἐλάττων αὐτῦ.

Ἢ καὶ ἑτέρως· ὁ ἐπυράνιος ἀπροσδεὴς πάντων ἐςὶ, διὰ τῦτο ὐδὲ τῆς ἐμῆς προσδεῖται μαρτυρίας, αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρκῶν.

Verſ. 31. Ὁ — ἐςιν. Ὥσπερ ἐκεῖνο περὶ ἐκείνου, ὕτω καὶ τῦτο περὶ[2]) ἑαυτῦ λέγει, ὅτι ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐςιν, ἤγουν, ὑποκάτω ἐκείνου. καὶ γὰρ καὶ ὁ ὐρανὸς μὲν ἐπάνω καὶ ὑψηλὸς, ἡ γῆ δὲ ὑποκάτω καὶ ταπεινή.

Verſ. 31.

2) περὶ αὐτοῦ. A.

Verſ. 31. *Et de terra loquitur.* Atqui diuina loquebatur. Sed quemadmodum Chriſtus in praecedentibus dixit, Si terrena dixi vobis et non creditis, terrenum vocans diuinam regenerationem: non quod terrena eſſet, ſed in comparatione aeternae generationis ſuae, quae omnem ſenſum omnemque excedit intellectum: Ita et nunc Iohannes de terra ſe loqui dicit, in comparatione ſupernaturalium Chriſti ſermonum: oſtendens ſua eſſe parua ac vilia, ſi ad ea, quae illius erant, conferantur. Nam ſicut per coelum ſignificat excelſum, ita per terram depreſſum ac humile.

Verſ. 31. *Qui — eſt.* Idem rurſum dicit, ſermonem confirmans.

Verſ. 32. *Et — atteſtatur.* Metaphoricus ſermo eſt ab his, qui ea, quae teſtificantur, viſu et auditu acceperunt. Neque enim ipſi opus erat cognitione, quae a viſu vel auditu procederet, quum natura ſciret omnia, vtpote perfectus Deus, qui nullo indiget, ſed quia perfecta in nobis cognitio ab his producitur, atque illum iudicamus fide dignum, qui ea, de quibus teſtificatur, viſu accepit vel auditu: ab his, quae apud nos ſunt, comprobat etiam, quae ſunt illius. Dicens ergo, Quod vidit, quodque audiuit, hoc atteſtatur: humili modo propter auditorum imbecillitatem loquutus eſt, verum nihil aliud innuit, quam ſi dixiſſet, Vera teſtificatur. Siquidem volentes de aliquo affirmare, quod vera dicat, aſſerimus, eum id teſtificari, quod vidit et audiuit.

Quando igitur ipſum audieris dicentem, Sicut audio iudico: et rurſum, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me: et iterum, Quae audiui

Vers. 31. Καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ. Καὶ μὴν θεῖα ἐλάλει· ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ χριςὸς προλαβὼν εἴρηκεν ποτὲ [l]) τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ ἐ πιςεύετε. ἐπίγειον λέγων, τὴν θείαν ἀναγέννησιν· οὐκ ἐπειδὴ ἐπίγειος ἦν, ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν τῆς προαιωνίου καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον γεννήσεως αὐτοῦ· οὕτω καὶ νῦν ὁ ἰωάννης ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν ἑαυτὸν λέγει, πρὸς σύγκρισιν τῶν ὑπερφυῶν λόγων τοῦ χριςοῦ δεικνύων, ὅτι τὰ ἑαυτοῦ μικρὰ καὶ εὐτελῆ τοῖς ἐκείνου παραβαλλόμενα. καθάπερ γὰρ διὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸ ὑψηλὸν ἐμφαίνει· οὕτω καὶ διὰ τῆς γῆς τὸ ταπεινόν. l) Io. 3, 12.

Vers. 31. Ὁ — ἐςί. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, βεβαιῶν τὸν λόγον.

Vers. 32. Καὶ — μαρτυρεῖ. Μεταφορικὸς ὁ λόγος, ἀπὸ τῶν ὄψει καὶ ἀκοῇ παραλαβόντων, ἃ μαρτυροῦσιν. οὐ γὰρ αὐτὸς ἐδεῖτο γνώσεως, τῆς ἐξ ὁράσεως ἢ ἀκοῆς ἐγγινομένης, φύσει πάντα εἰδὼς, ὡς ἀνενδεὴς καὶ τέλειος θεός· ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ἡμῖν ἡ ἀκριβὴς γνῶσις ἐκ τούτων ἐγγίνεται, καὶ ἀξιόπιςον κρίνομεν τὸν ἢ ὄψει ἢ ἀκοῇ παραλαβόντα, περὶ ὧν ἀπαγγέλλει, ἀπὸ τῶν παρ᾽ ἡμῖν καὶ τὰ περὶ ἐκείνου πιςοῦται. εἰπὼν οὖν, ὃ ἑώρακε καὶ ὃ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ· ταπεινῶς μὲν εἶπε, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροωμένων· οὐδὲν δὲ ἕτερον εἶπεν, ἢ ὅτι ἀληθῆ μαρτυρεῖ. καὶ γὰρ καὶ [3]) ἡμεῖς, ὅταν [4]) θέλωμεν βεβαιῶσαι περί τινος, ὅτι ἀληθῆ λέγει, φαμὲν, ὅτι ὃ ἑώρακε καὶ [5]) ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ.

Λοιπὸν οὖν, ὅταν ἀκούῃς καὶ αὐτοῦ λέγοντος καθὼς [m]) ἀκούω, κρίνω· καὶ πάλιν· ἡ [n]) ἐμὴ διδαχὴ, οὐκ ἔςιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με m) Io. 5, 30. n) Io. 7, 16.

καὶ

3) καὶ, post γὰρ, abest. B.
4) θέλομεν. A.
5) καὶ ὃ ἤκουσε. A.

dixi ab eo, haec loquor in mundum: et quaecunque sunt similia: scito talia dispensatorie dixisse, solum, vt videatur vera dicere, eo quod congruam de eo opinionem nondum haberent auditores.

Vers. 32. *Et — accipit.* Nullus infidelium. Hoc autem de insensatis Iudaeis dixit Iohannes, praesertim autem de discipulis suis, qui eum in ambitionem et inuidiam impellere conabantur.

Vers. 33. *Qui accepit — sit.* Obsignauit, siue confirmauit, demonstrauit, quod pater verax sit. Deinde quod dictum est, probat.

Vers. 34. *Is enim quem — loquitur.* Siquidem ex quo is qui missus est, verba Dei loquitur, consequens est, vt qui testimonium eius sumserit eique crediderit, confirmet ac demonstret, quod Deus verax sit, qui ipsum misit et cuius sunt ea, quae loquitur verba. Qui autem non suscipit eum, nec credit ei, contrarium facit: nec aliud agit, quam manifeste contra Deum pugnat.

Vide quomodo hinc eos terreat, quum discant, quod qui illi inobediens est, Deo inobediens est, qui misit ipsum. Postquam ergo demonstrauit, eius doctrinam esse fide dignam, idque a patre: demonstrat nunc idem et a spiritu sancto.

Vers. 34. *Non — spiritum.* Non mensuratam dat ipsi pater spiritus virtutem, sicut aliis sanctis: sed hanc sine mensura habet ac totam, tanquam eiusdem naturae. Spiritum enim nunc dicit, spiritus efficaciam ac virtutem. Siquidem mensurari non potest spiritus: virtus autem ipsius men-

καὶ αὐθις· α ἤκουσα παρ᾽ αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον, καὶ ὅσα τοιαῦτα· γίνωσκε, ὅτι οἰκονομικῶς τὰ τοιαῦτά φησιν, ἵνα μόνον δόξῃ ἀληθῆ λέγειν, διὰ τὸ μήπω τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν ἔχειν τοὺς ἀκροατάς. o) Io. 8, 26.

Verſ. 32. Καὶ — λαμβάνει. Οὐδεὶς, τῶν ἀπιστούντων. τοῦτο δὲ περὶ τῶν ἀναισθήτων ἰουδαίων εἴρηκεν ὁ ἰωάννης· ἐξαιρέτως δὲ, περὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, τῶν ὑπὸ φιλοδοξίας καὶ βασκανίας παρακνίζειν αὐτὸν ἐπιχειρούντων.

Verſ. 33. Ὁ λαβὼν — ἐστι. Ἐσφράγισεν, ἤγουν, ἐβεβαίωσεν, ἔδειξεν, ὅτι ὁ πάτηρ ἀληθής ἐστιν. εἶτα κατασκευάζει τὸ ῥηθέν.

Verſ. 34. Ὃν γὰρ — λαλεῖ. Ἐπεὶ γὰρ, ἀπεσταλμένος ὢν, τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ λαλεῖ, λοιπὸν ὁ μὲν λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν καὶ πιστεύων αὐτῷ, ἐβεβαίωσεν, ἔδειξεν, ὅτι ὁ θεὸς ἀληθής ἐστιν, ὁ ἀποστείλας αὐτὸν, οὗτινός εἰσι τὰ ῥήματα, ἃ λαλεῖ· ὁ δὲ μὴ λαβὼν αὐτὴν, καὶ ἀπιστῶν αὐτῷ, τοὐναντίον ποιεῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἢ προδήλως θεομαχεῖ.

Ὅρα, πῶς αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἐφόβησε καὶ κατέπληξε, μαθόντας, ὅτι ὁ παρακούων αὐτοῦ παρακούει τοῦ θεοῦ τοῦ πέμψαντος αὐτόν; δείξας τοίνυν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἀξιόπιστον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, δείκνυσιν αὐτὴν ἀξιόπιστον καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Verſ. 34. Οὐ — πνεῦμα. Οὐ μεμετρημένην δίδωσιν αὐτῷ ὁ πατὴρ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις, ἀλλ᾽ ἀμέτρητον ἔχει ταύτην, καὶ ὅλην, ὡς ὁμοφυῆ. πνεῦμα γὰρ νῦν λέγει, τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν. τὸ πνεῦμα μὲν γὰρ ἀμέτρητον, ἡ ἐνέργεια δὲ αὐτοῦ

menſuratur ac diuiditur, iuxta eorum, qui illam participant, dignitatem.

Demonſtrauit ergo, doctrinam illius eſſe fide dignam, a patre et ſpiritu ſancto: non quaſi illinc egeat teſtium approbatione, qui ſoli ſibi ſufficiens eſt, eiusdem cum eis dignitatis et naturae: ſed quia patrem cognoſcebant, et quod ſpiritus eſſet credebant, filium autem ignorabant, opinionem, quam de hoc eſſe oportebat, ab illis confirmat: talia diſpenſatorie loquens, et paulatim eos ducere tentans.

Oportet ergo, quae in ſcripturis poſita ſunt, non ſimpliciter percurrere: ſed et dicentis intentionem inquirere et auditorum imbecillitatem. Siquidem neque praeceptores omnia dicunt, vt volunt: Non potui, inquit, loqui vobis tanquam ſpiritualibus, ſed tanquam carnalibus, lac vobis potum dedi, non ſolidum cibum. Non potuit autem, propter illorum impotentiam.

Verſ. 35. *Pater diligit filium.* Quia prius dixerat, Quem Deus miſit: ne ex hoc putarent, alterius eum eſſe naturae, ſubſeruientis ac ſubiectae: curat id, quod dictum eſt, et hunc praedicat filium eius eſſe, qui miſit eum: quod ſi filius, certe et eiusdem ſubſtantiae: et ſi dilectus, vtique omnis, qui ei reſiſtit, patri eius reſiſtit.

Verſ. 35.

6) *περὶ τούτων.* A.

7) Praeclare in hanc rem Theophylactus in euangelium Ioannis p. 725. A. *Ταῦτα πάντα τὰ ταπεινὰ καὶ ἀνάξια δοκοῦντα τῆς τοῦ υἱοῦ δόξης, διὰ τοὺς ἀκροατὰς εἴρηται, οὐχ ἵνα ἡμεῖς πρὸς τὰ δόγματα τούτοις χρώμεθα. ἐλέχθησαν γὰρ τοῖς ἀποστόλοις πρὸς παρηγορίαν.* Adde Chryſoſt. Tom. VIII. p. 468. A. Vtinam non nulli noſtri ſeculi homines haec ſecum reputarent, nec toties exploſas opiniones vanas ac temerarias, ac ſi noua profer-

του μετρεῖται καὶ διανέμεται κατ᾽ ἀξίαν τῶν λαμβανόντων αὐτήν.

Ἔδειξε δὲ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἀξιόπιστον, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐχ ὡς δεομένου τῆς ἐκεῖθεν ἀξιοπιστίας· ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ, τῆς αὐτῆς αὐτοῖς ὢν φύσεως καὶ ἀξίας· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸν μὲν πατέρα ἐγίνωσκον, καὶ ὅτι πνεῦμά ἐστιν ἠπίσταντο, τὸν υἱὸν δὲ ἠγνόουν, ἀπ᾽ ἐκείνων τὴν περὶ [6]) τούτου δόξαν συνίστησιν, οἰκονομικῶς τὰ τοιαῦτα φθεγγόμενος, καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀνάγειν πειρώμενος.

Χρὴ τοίνυν, μὴ [7]) ἁπλῶς τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς κείμενα παρατρέχειν, ἀλλὰ καὶ τὸν σκοπὸν τοῦ λέγοντος ἐξετάζειν, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων. οὐ πάντα γὰρ οἱ διδάσκαλοι, ὡς βούλονται, λέγουσιν, ἀλλὰ τὰ πολλὰ, ὡς ἡ ἕξις ἀπαιτεῖ τῶν διδασκομένων. φησὶ γὰρ καὶ παῦλος· οὐκ p) ἠδυνήθην ὑμῖν λαλῆσαι, ὡς πνευματικοῖς, p) 1 Cor. 3. 1. 2. ἀλλ᾽ ὡς σαρκικοῖς. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. οὐκ ἠδυνήθη δὲ, παρὰ τὴν ἐκείνων ἀδυναμίαν.

Verf. 35. Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν. Ἐπεὶ προλαβὼν εἶπεν, ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ὁ θεὸς, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν νομίσωσιν, ἑτέρας αὐτὸν εἶναι φύσεως, ὑποδεεστέρας [8]) καὶ διακονικῆς, θεραπεύει τὸ ῥηθὲν, καὶ ἀνακηρύττει τοῦτον υἱὸν τοῦ ἀποστείλαντος. εἰ γὰρ υἱὸς, ἄρα καὶ ὁμοούσιος· καὶ εἰ ἀγαπητὸς, ἄρα πᾶς προσκυνῶν αὐτῷ, τῷ πατρὶ αὐτοῦ προσκυνεῖ.

Verf. 35.

ferrent, repeterent ad nauseam prudentiorum. Imitandus esset Eustathius, qui ita alicubi de se dicit: ἡμεῖς γὰρ οὐ μυῖαι τοῖς ἕλκεσιν ἐφιζάνουσαι· μέλισσαι δὲ τοῦ τῶν μουσῶν λειμῶνος τὸ κάλλιστον ἀπανθίζουσαι.

[8]) δὲ, interponit. A. Forte τε voluit.

Vers. 35. *Et — eius.* Tanquam Deus omnia habebat: Omnia siquidem per ipsum facta sunt: haec tamen etiam dedit ei, tanquam homini. Conuenienti autem modo dictum est, Diligit, et Dedit, sicut inter homines dicitur. Solent namque patres diligere filios, eisque tradere, quae sua sunt.

Vers. 36. *Qui — aeternam.* Credendo in doctrinam filii, eique obediendo.

Vers. 36. *Qui — vitam.* Diximus superius, quod vita aeterna sit et dicatur vita beata, quae sanctis conuenit.

Vers. 36. *Sed — eum.* Non dixit ira filii, quanquam filius sit iudicaturus: sed patris iram comminatur, magis eos timere volens. Quod autem addit, Manet super eum, tantundem est, ac si diceret, Nequaquam ipsum effugiet, semper eum puniet.

Cap. IV. v. 1. *Vt* — v. 3. *Galilaeam.*

Reliquit Iudaeam, vitans ipsorum inuidiam.

Vers. 4. *Oportebat — Samariam.* Ostendit euangelista, fecisse eum rem quandam, non quasi ex proposito, sed tanquam occasione viae: in his videlicet, quae cum Samaritide acta sunt, propter Iudaeorum aduersus Samaritanos contemtum.

Erat autem Samaria regio quaedam varias habens ciuitates et pagos.[9] In hac autem olim Israëlitae habitabant: deinde post diuersa bella rex Assyriorum eam deuastauit, et captos duxit in Babylonem, ac e Babyloniis, Medis et Chaldaeis mixtos homi-

9) *διαφόρους ἔχουσα κώμας καὶ πόλεις.* A.

Verſ. 35. Καὶ — αὐτοῦ. Πάντα εἶχεν, ὡς θεός· πάντα γὰρ q) δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο· δέδωκε δὲ αὐτῷ ταῦτα, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ. τὸ δὲ ἀγαπᾷ καὶ τὸ δέδωκεν, ἀνθρωποπρεπῶς εἴρηται· εἰώθασι γὰρ οἱ πατέρες ἀγαπᾷν τοὺς υἱοὺς, καὶ παραχωρεῖν αὐτοῖς τῶν ἰδίων.

q) Io. 1, 3.

Verſ. 36. Ὁ — αἰώνιον. Ὁ πιςεύων εἰς τὴν διδασκαλίαν τοῦ υἱοῦ, ὁ πειθόμενος αὐτῷ.

Verſ. 36. Ὁ — ζωήν. Προειρήκαμεν, ὅτι ζωὴ αἰώνιός ἐςι, καὶ λέγεται, ἡ ζωὴ ἡ μακαρία, ἡ ἁγιοπρεπής.

Verſ. 36. Ἀλλ᾽ — αὐτόν. Οὐκ εἶπεν ἡ ὀργὴ τοῦ υἱοῦ, καίτοι τοῦ υἱοῦ κρίναι μέλλοντος, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῖς ἐπεκρέμασε, μᾶλλον φοβῆσαι βουλόμενος· τὸ δὲ μενεῖ ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε ἀποςήσεται αὐτοῦ, διηνεκῶς κολάσει αὐτόν.

Cap. IV. v. 1. Ὡς — v. 3. γαλιλαίαν.

Ἀφῆκε τὴν ἰουδαίαν, περικόπτων τὴν βασκανίαν αὐτῶν.

Verſ. 4. Ἔδει — σαμαρείας. Δείκνυσιν αὐτὸν ὁ εὐαγγελιςὴς, οὐ προηγούμενον ἔργον, ἀλλ᾽ οὐδὲ πάρεργον, τὰ κατὰ τὴν σαμαρεῖτιδα ποιούμενον, διὰ τὴν τῶν ἰουδαίων πρὸς τοὺς σαμαρείτας ὑποψίαν.

Ἡ σαμάρεια δὲ, χώρα τίς ἦν r) διαφόρους ἔχουσα πόλεις καὶ κώμας. ἐν ταύτῃ δὲ πάλαι μὲν ἰσραηλῖται κατῴκουν· ὕςερον δὲ, μετὰ διαφόρους πολέμους, ἐρημώσας αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἀσσυρίων, τοὺς ὑπολειφθέντας μὲν εἰς βαβυλῶνα κατήγαγεν, ἐκ βαβυλωνίας δὲ καὶ μήδων

homines congregans in ea habitare fecit. Volens autem Deus ostendere, quod non propter impotentiam, sed peccatis exigentibus traditi essent Babyloniis, leones barbaris eam inhabitantibus immisit: quod rex audiens et intelligens, mittit ad eos sacerdotem Israëlitarum, qui traderet etiam illis Dei legem, vt à peste leonum liberarentur. Ex eo ergo tempore partim ab impietate recesserunt: postmodum vero perfecte idola reliquerunt. Veruntamen aliquantulum adhuc erat ipsis discrimen a Iudaeis. Nam solis Mosis libris susceptis, caeterorum non magnam habebant rationem.

† Dicendum est, vnde Samaritani sint appellati. Samaria mons erat, sicut etiam dicit Iesaias, Caput Ephraim Samaria. Qui autem inhabitabant, non Samaritani, sed Israëlitae dicebantur. Temporis autem progressu, quum irritassent dominum, et regnaret Phaccee, ascendens Theglatphalasar multas tulit ciuitates, et in Elam irruit, ipsoque interfecto, Osee regnum tradidit. Postmodum vero ascendens Salmanasar reliquas tulit ciuitates, fecitque tributarias: hic autem ad Aethiopum confugit auxilium: quod audiens Assyrius parato exercitu ipsum interemit, neque gentem diutius ibi manere permisit: sed hos duxit in Babyloniam, et inde variis gentibus eductis in Samaria habitare fecit, vt propriis subditis locum possidentibus, firmum sibi relinqueret principatum. Volens autem Deus suam ostendere potentiam, quodque non propter impotentiam tradiderit

*) κατῴκησεν. A. male.

**) οἱ omittit. B.

καὶ χαλδαίων μυγάδας ἀνθρώπους συναγαγὼν ἐκεῖ [1]) κατῴκισε. δεῖξαι δὲ βουλόμενος ὁ θεὸς, ὅτι δι' ἁμαρτίαν ἐξεδόθησαν τοῖς ἀσσυρίοις οἱ [2]) ἰσραηλῖται, καὶ οὐ δι' ἀσθένειαν, λέοντας ἐπαφῆκε τοῖς ἐγκατοικισθεῖσι βαρβάροις, ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ συνεὶς, πέμπει ἱερέα τῶν ἰσραηλιτῶν, παραδώσοντα κἀκείνοις τὸν τοῦ θεοῦ νόμον, ἵνα τῆς ἀπὸ τῶν λεόντων λύμης ἀπαλλαγῶσιν. ἐξ ἡμισείας δὲ τότε τῆς ἀσεβείας ἀποστάντες, ὕστερον ὁλοτελῶς ἀπεπήδησαν τῶν εἰδώλων· πλὴν οὐ μικρὰν εἶχον ἔτι πρὸς τοὺς ἰουδαίους διαφοράν. μόνας γὰρ τὰς μωσαϊκὰς βίβλους δεχόμενοι, τῶν ἄλλων οὐ πολλὴν ἐποιοῦντο λόγον.

† † Ἄξιον [3]) εἰπεῖν, πόθεν οἱ σαμαρεῖται τὴν προσηγορίαν ταύτην ἔλαβον. σομὸρ ὄρος ἦν, καθὰ καὶ ἡσαΐας φησὶν, [r]) ἡ κεφαλὴ σομόρων r) Ief. 7, 9.
ἐφραίμ. ἀλλ' οἱ κατοικοῦντες, οὐ σαμαρεῖται, ἀλλ' ἰσραηλῖται ἐλέγοντο. χρόνου δὲ προϊόντος προσέκρουσαν τῷ θεῷ, καὶ βασιλεύοντος φακεὲ ἀνελθὼν θεγλαὰθ φαλασὰρ πόλεις τε εἷλε πολλὰς καὶ ἐπέθετο τῷ ἠλᾷ, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, ὥστε τὴν βασιλείαν ἔδωκεν. ἐπὶ τοῦτον ἐλθὼν ὁ σαλμανασὰρ, εἷλε πόλεις ἑτέρας καὶ ὑποφόρους ἐποίησεν· οὗτος δὲ πρὸς τὴν τῶν αἰθιόπων κατέφυγε συμμαχίαν. ἔγνω τοῦτο ὁ ἀσσύριος, καὶ ἐπιστρατεύσας, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, οὐκέτι τὸ ἔθνος ἐκεῖ μένειν ἀφίησιν· ἀλλὰ τούτους μὲν εἰς βαβυλῶνα ἤγαγεν, ἐκεῖθεν δὲ ἔθνη, ἐκ διαφόρων τόπων ἀγαγὼν, κατῴκισεν ἐν τῇ σαμαρείᾳ, ὥστε λοιπὸν ἀσφαλῆ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν εἶναι, τῶν οἰκείων ἐχόντων τὸν τόπον. βουλόμενος δὲ ὁ θεὸς δεῖξαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ὡς οὐ δι' ἀσθένειαν ἐξέδωκεν ἰουδαίους,

[3]) Haec neuter meorum agnoscit. Excerpta autem sunt partim ex Chrysost. T. VIII. p. 177. C. partim ex Theophylacto p. 606. B.

diderit Iudaeos, sed propter eorum peccata, Barbaris leones immisit: temporis autem progressu idola cum suis impietatibus abiecerunt.

Cap. V. De Samaritana.

Vers. 5. *Venit — suo.* Praedium illud erat, quod extra sortem dedit Iaacob Ioseph, et dicebatur Sikima.

Vers. 6. *Erat — Iaacob.* Puteum vocat, fontem, quia e subterraneo loco manabat: dicebatur autem ipsius Iaacob, eo quod ipsum fodisset.

Vers. 6. *Iesus ergo — sexta.* Fatigatus iuxta humanitatis proprietatem. Quum enim pedes incederet, adeo vehementer ambulabat, vt etiam fatigaretur.

Quid est autem, quod additur, sedebat sic? Simpliciter videlicet, prout sese locus offerebat, vel, humi. Demonstrat siquidem sermo, quod omni fastu careret.

Sedebat autem, corpus refocillans, et iuxta fontem recreans, erat enim meridies, quando sol vehementius humana attingit corpora. Simul etiam discipulos expectabat, qui abierant, vt cibos emerent. Vide autem euangelistae diligentiam: neque enim dixit, Hora erat sexta, sed ferme sexta, instruens nos, ne etiam minima paruipendamus, sed in his, quae sese offerunt veritatem sectemur. Siquidem ne affirmando erraret, dictionem correxit, et coniecturaliter loquutus est.

Vers. 7. *Venit — aquam.* Inde enim hauriebant aquam ac bibebant, qui dictam ciuitatem inhabitabant, eo quod pauci iuxta locum essent putei.

Vers. 7.

ὁσίους, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίας αὐτῶν ἐπαφίησι λέοντας τοῖς βαρβάροις. χρόνου δὲ προϊόντος, τῶν εἰδώλων καὶ τῆς δυσσεβείας ἀπέστησαν.

Κεφ. Ε. Περὶ τῆς σαμαρείτιδος.

Vers. 5. Ἔρχεται — αὐτοῦ. Ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἦν, τὸ κατ' ἐξαίρετον δοθὲν τῷ ἰωσὴφ, λεγόμενον σίκιμα.

Vers. 6. Ἦν — ἰακώβ. Πηγὴν λέγει τὸ φρέαρ, ὡς πηγάζον κάτωθεν. ἐκαλεῖτο δὲ τοῦ ἰακὼβ, ὡς παρ' αὐτοῦ ὀρυγέν.

Vers. 6. Ὁ οὖν ἰησοῦς — ἕκτη. Κεκοπίακώς, κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ἀνθρωπότητος. πεζῇ γὰρ βαδίζων, οὕτω σύντονον ἐποιεῖτο τὴν ὁδοιπορίαν, ὡς καὶ κοπιάσαι.

Τί δέ ἐστι τὸ ἐκαθέζετο οὕτως; ἁπλῶς, ὡς ἔτυχεν, ἐπ' ἐδάφους. τὸ ἄτυφον γὰρ ὁ λόγος διασαφεῖ.

Ἐκαθέζετο δὲ, τὸ σῶμα διαναπαύων, καὶ περὶ τὴν πηγὴν ἀναψύχων. αὐτὸ γὰρ τῆς ἡμέρας ἦν τὸ μεσαίτατον, ὅτε λοιπὸν ὁ ἥλιος σφοδρότερον καθικνεῖται τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων. ἅμα δὲ καὶ τοὺς μαθητὰς ἀνέμενεν, ἀπελθόντας εἰς ἀγορὰν τροφῶν. ὅρα δὲ τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν ἀκρίβειαν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὥρα ἦν ἕκτη, ἀλλ' ὡσεὶ ἕκτη, παιδεύων ἡμᾶς, μηδ' ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις διαφορεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τυχοῦσιν ἐπιτηδεύειν ἀλήθειαν. ἵνα γὰρ μὴ, ἀποφαινόμενος ἴσως ἀποτύχῃ, ἐκόλασε τὴν λέξιν, καὶ στοχαστικῶς ἔλεξεν.

Vers. 7. Ἔρχεται — ὕδωρ. Ἐκεῖθεν γὰρ οἱ τῆς εἰρημένης πόλεως ὑδρεύοντο, διὰ τὸ μὴ συχνὰ φρέατα περὶ τὸν τόπον εἶναι.

Vers. 7. *Dicit — vt bibam.* Quemadmodum in ficu, quae exaruit, ficus requirebat non propter esuriem, sed dispensatorie agens, vt accepta occasione ad miraculum perueniret: ita et nunc de fonte aquam postulat, non sitis causa, sed dispensatorie, quo nactus occasionem cum muliere colloqueretur: praesciebat enim ipsam credituram multorumque fidei causam futuram: ideoque exorta colloquutione aquam reliquit.

Vers. 8. *Discipuli — vt emerent.* Siquidem viaticum non contulerant, edocti ventrem despicere, nec anxius ipsius gerere obsequium, sed tunc solum ipsius habere curam, quum ad hoc natura cogeret.

Cur autem tunc miraculum operatus non est circa cibos discipulorum? Quia, si omnia tanquam Deus mirabiliter operatus fuisset, nequaquam homo esse creditus fuisset: quemadmodum ediuerso, si omnia, tanquam homo fecisset, Deum esse nullo modo credidissent. Ideo quandoque vt homo operatur, ostendens, quod homo sit: interdum vero, quasi Deus mirabilia operatur. a)

Solus autem sedebat circa fontem, ex hoc etiam ostendens, quod esset a fastu alienus.

Vers. 9. *Dicit — Samaritanis.* Non commercium habent, siue non communicant, ipsos abominantes, tanquam solum in parte Iudaizantes.

Sed vnde Iudaeum esse cognouit? Ab habitu, aut etiam a loquela. Nam Christus quidem tanquam non vulgariter Iudaeus, sed etiam Deus, contemta huiusmodi obseruantia, captabat non Samaritanorum tantum familiaritatem, sed et cunctarum

a) τοῦτον, interponit. A.

Vers. 7. Λέγει — πιεῖν. Ὥσπερ ἐπὶ ³) ξηρανθείσης συκῆς, οὐ πεινῶν ἐζήτει σύκα, ἀλλ' οἰκονομῶν, ἵνα εὐαφόρμως ἐπὶ τὴν θαυματουργίαν ἔλθῃ· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τῆς πηγῆς, οὐ διψῶν ἐζήτει ὕδωρ, ἀλλ' οἰκονομῶν, ἵνα εὐαφόρμως τῇ γυναικὶ διαλεχθῇ. προεγίνωσκε γὰρ αὐτὴν πιστεύουσαν, καὶ πολλοῖς αἰτίαν πίστεως γενησομένην. διὸ καὶ τῆς διαλέξεως ἀψάμενος, ἀφῆκε τὸ ⁴) ὕδωρ. ³) Matt. 21, 18. Marc. 11, 12.

Vers. 8. Οἱ γὰρ μαθηταὶ — ἀγοράσωσιν. Οὐκ ἐπεφέροντο ⁵) γὰρ ἐφόδια, παιδευθέντες καταφρονεῖν γαστρὸς, καὶ μὴ περισπούδαστον ἡγεῖσθαι τὴν λειτουργίαν αὐτῆς, ἀλλὰ τότε μόνον ἐπιστρέφεσθαι ταύτης, ὅτε λοιπὸν ἡ φύσις ἐπάγοι.

Πῶς οὖν οὐκ ἐθαυματούργησε καὶ τότε περὶ τῆς τροφῆς τῶν μαθητῶν; διότι ἐὰν πάντα ὡς θεὸς ἐτερατούργει, ἠπιστήθη ἂν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, ὥσπερ πάλιν, ἐὰν πάντα ὡς ἄνθρωπος ἔπραττεν, ἠπιστήθη ἂν, ὅτι θεός ἐστι. διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν, ὡς ἄνθρωπος πράττει, βεβαιῶν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι· ποτὲ δὲ, ὡς θεὸς τερατουργεῖ, πιστούμενος, ὅτι θεός ἐστι.

Μόνος δὲ ἐκαθέζετο παρὰ τῇ πηγῇ, παιδεύων καὶ ἐκ τούτου τὸ ἄτυφον.

Vers. 9. Λέγει — σαμαρείταις. Οὐ συγχρῶνται, ἤγουν, οὐ κοινωνοῦσι, βδελυττόμενοι τούτους, ὡς ἐξ ἡμισείας ἰουδαΐζοντας.

Ἀλλὰ πόθεν ἔγνω, ὅτι ἰουδαῖός ἐστιν; ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς διαλέξεως. ὁ μὲν οὖν χριστὸς, οἷα μὴ ἁπλῶς ἰουδαῖος, ἀλλὰ καὶ θεὸς, παρεῖδε τὴν τοιαύτην παρατήρησιν, προοιμιαζόμενος τὴν οἰκείωσιν, οὐ μόνον τῶν σαμαρειτῶν, ἀλλὰ

⁵) ἐπεφέρετο. A.

ctarum vbique gentium. Samaritana vero existimans eum peccare, corripientis more ad memoriam reducit obseruationem.

Vers. 10. *Respondit — viuam.* Hinc plane manifestum est, quod sitim simulauerit, vt ad se errantem attraheret, ac loquutionis reti venaretur. Sitiebat certe, sed errantium conuersionem, quam etiam in processu suum vocat cibum, dicens: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me: nunc vero ait: Si scires donum Dei, si cognosceres, quidnam sit, quod donat Deus. Dicebat autem hoc de seipso, paulatim se illi manifestans, vt, quae tali doctrina digna esset, eo quod ad conuersionem apta esset.

Aquam viuam autem, appellauit doctrinae suae fluenta: aquam quidem, quia in modum aquae sordes abluit, flammasque affectionum extinguit, et incredulitatis siccitatem ac infructuositatem curat: Viuam vero, quasi perennem semperque motam. Aquae enim vita fluere est ac moueri.

Dicit autem Chrysostomus aquam viuam, diuini spiritus gratiam: siquidem variis modis hunc ait appellari, iuxta diuersas ipsius operationes, nunc aquam, nunc ignem: aquam quidem, quia sicut aqua de coelo descendens nutrit, ac viuificat, quumque vnius sit speciei, vario modo operatur: dealbans in lilio, denigrans in narcisso, rubricans in rosa, purpurissans in viola, dulcerans in ficu, amaricans in absinthio: ita diuinus quoque spiritus de coelo descendens, nutrit ac viuificat animam: quumque vnus sit, variis operationibus gra-

6) Tom. VIII. p. 183. D.

ἀλλὰ καὶ τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐθνῶν. ἡ δὲ σαμαρεῖτις, οἰομένη τοῦτον ἁμαρτάνειν, διορθοῦται δῆθεν, ὑπομιμνήσκουσα περὶ τῆς παρατηρήσεως.

Vers. 10. Ἀπεκρίθη — ζῶν. Ἐντεῦθεν μάλιστα φανερὸν, ὡς ὑπεκρίθη τότε τὴν δίψαν, ἵνα ἐγγὺς συγγένηται τὴν πλανωμένην, καὶ θηρεύσῃ τῷ δικτύῳ τῆς διαλέξεως. ἐδίψα μὲν γὰρ, ἀλλ' οὐ τῶν πεπλανημένων ἐπιστροφὴν ἐπεὶ καὶ προϊὼν, ἐμὸν βρῶμα τ) προϊὼν καλεῖ, τ) Io. 4, 34.
λέγων· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. νῦν δέ φησιν· εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν, τουτέστι, εἰ ἐγίνωσκες, ὁποῖα δωρεῖται ὁ Θεός. λέγει δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ, κατὰ μικρὸν ἑαυτὸν ἀποκαλύπτων αὐτῇ ὡς ἀξίᾳ τοιαύτης διδασκαλίας, διὰ τὸ πρὸς ἐπιστροφὴν ἐπιτήδειον αὐτῆς.

Ὕδωρ δὲ ζῶν ὠνόμασε, τὰ νάματα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. ὕδωρ μὲν, ὅτι δίκην ὕδατος καθαίρει τὸν ῥύπον τῆς ἁμαρτίας, καὶ σβεννύει τὴν φλόγα τῶν παθῶν, καὶ θεραπεύει τὴν τῆς ἀπιστίας ξηρότητα καὶ ἀκαρπίαν· ζῶν δὲ, ὡς ἀέναον καὶ ἀεικίνητον. ζωὴ γὰρ ὕδατος, τὸ νάειν καὶ κινεῖσθαι.

Φησὶ δὲ ὁ [?]) χρυσόστομος, ὕδωρ ζῶν νοεῖσθαι, τὴν χάριν τοῦ θείου πνεύματος. τοῦτο γὰρ διαφόρως ὀνομάζεσθαι, πρὸς τὰς διαφόρους ἐνεργείας αὐτοῦ, νῦν μὲν ὕδωρ, ἄλλοτε δὲ, πῦρ. ἀλλ' ὕδωρ μὲν, διότι, καθάπερ τὸ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν, ζωοποιεῖ καὶ τρέφει, καὶ μονοειδὲς ὂν ἐνεργεῖ πολυτρόπως, λευκαῖνον μὲν ἐν κρίνῳ, μελαῖνον δὲ, ἐν [7]) ναρκίσσῳ, ἐρυθραῖνον δὲ ἐν ῥόδῳ, πορφυρίζον δὲ ἐν ἴῳ, καὶ γλυκαῖνον μὲν ἐπὶ τῆς συκῆς, πικραῖνον δὲ ἐπὶ τῆς ἀψίνθου· οὕτω καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα, ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν, ζωοποιεῖ καὶ τρέφει τὴν ψυχὴν, καὶ

7) Scribitur duobus σσ, vti Hentenius etiam habet.

gratiam diuidit ac virtutem. Ignis quoque dicitur, quia sicut ignis, quum vnius sit speciei, varios habet effectus, calefaciens, inflammans, illuminans et purificans: ita sane et diuinus spiritus.

Vers. 11. *Dicit — viuam?* Quum id, quod dictum erat, non posset intelligere, suspicabatur, quod aquam viuam diceret, haustam ex eodem puteo, qui aquam emittebat ac scaturire faciebat: et opinabatur, dictum esse verbum illud quasi posset ipse citius haurire, eo quod fortior esset magisque idoneus.

Interim autem dominum vocat eum, putans magnum aliquem esse. Audierat namque dicentem, Si scires, quis sit, qui dicit tibi, Da mihi vt bibam et caetera: ideo statim tali ipsum honorat appellatione, et cum omni mansuetudine reliqua proloquitur.

Vers. 12. *Num — eius?* Samaritani etiam, quum iam Samariam patriam possiderent, Iaacob quoque patrem suum appellabant, tanquam iam olim possessorem ac patrem huius ipsorum patriae: et hinc sese intrudebant in generosam Iudaeorum generationem.

Quidam autem dicunt, hanc mulierem, aliosque plurimos Samariam incolentium a Iaacob descendisse: olim autem progenitoribus captis, ac Babyloniam in seruitutem ductis, hos Samaritanis commixtos, et cum eis versatos, longo tempore variisque calamitatibus ad eorum mores transmutatos.

Aut vocabant patrem Iaacob, eo quod et hic a Chaldaeis genus traxerat.

Dicit

s) ἀνδρίαν. A.
v) ὅτι, addit. A.

καὶ ἓν ὄν, εἰς διαφόρους ἐνεργείας διαιρεῖ τὴν χάριν καὶ δύναμιν· πῦρ δὲ, διότι, καθάπερ τὸ πῦρ, μονοειδὲς ὄν, διαφόρως ἐνεργεῖ, θερμαῖνον, φλέγον, φωτίζον, καθαῖρον. οὕτω δὴ καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα.

Verſ. 11. Λέγει — ζῶν; Μὴ δυνηθεῖσα νοῆσαι τὸ ῥηθὲν, ὑπώπτευσεν, ὅτι ὕδωρ ζῶν λέγει, τὸ ἀπὸ τοῦ φρέατος ἐκείνου, ὡς ἀναβλύζον καὶ ἀλλόμενον, καὶ ὑπενόησε ῥηθῆναι τὸν λόγον, ὡς ἐκείνου δυναμένου συντομώτερον ἀνιμήσασθαι, δι' ἀνδρείαν [8]) καὶ ἐπιτηδειότητα.

Τέως δὲ κύριον αὐτὸν προσηγόρευσε, νομίσασα, μέγαν εἶναί τινα, καὶ γὰρ ἤκουσεν, [9]) εἰ ᾔδεις, τίς ἐστιν ὁ λέγων σοὶ, δός μοι πιεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ αὐτίκα τετίμηκεν αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, καὶ μετὰ πάσης ἐπιεικείας καὶ τὰ λοιπὰ διαλέγεται. ἄντλημα δέ φησι, τὸ ἀγγεῖον.

Verſ. 12. Μὴ — αὐτοῦ; Καὶ οἱ σαμαρεῖται, πατρίδα τὴν σαμάρειαν ἤδη κεκτημένοι, πατέρα λοιπὸν ἑαυτοῖς ἐπεγράφοντο τὸν ἰακὼβ, ὡς προκάτοχον καὶ πατέρα τῆς τοιαύτης αὐτῶν πατρίδος, κἀντεῦθεν εἰσώθουν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἰουδαϊκὴν εὐγένειαν.

Φασὶ δέ τινες, ὅτι ἡ σαμαρεῖτις αὕτη γυνὴ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν τὴν σαμάρειαν οἰκούντων, ἐξ ἰακὼβ μὲν εἷλκον τὸ γένος, αἰχμαλωτισθέντων δὲ πάλαι τῶν προγόνων αὐτῶν, καὶ δουλευσάντων παρὰ βαβυλωνίοις, μιγάδες οὗτοι συνῆσαν τοῖς σαμαρείταις, τῷ μακρῷ χρόνῳ καὶ ταῖς πολυτρόποις συμφοραῖς πρὸς τὰ ἐκείνων ἤθη μεταστάντες.

Ἢ πατέρα ἐπεγράφοντο τὸν ἰακὼβ, ὡς ἐκ χαλδαίων καὶ αὐτοὶ ἕλκοντες τὸ γένος.

Λέγει

Dicit ergo nunc Samaritana: Quod si, de hac non loqueris aqua: num tu maior es patre nostro Iaacob, qui dedit nobis puteum hunc, tam celebrem, vt meliorem possis dare aquam? Quod autem additur, Et ipse ex eo bibit, et filii eius et pecora eius, ad ipsius putei laudem dictum est. Nam si meliorem alium habuisset, nequaquam cum tota familia ex hoc bibisset. Reliquum igitur, vt si possis dare meliorem, maior sis Iaacob.

Haec itaque Samaritana de Iaacob cum eo loqui perseuerat, optans, quod quaerit, inuenire. Iudaei vero etiam lapidare eum tentabant, dum Abraham faceret mentionem. Quomodo ergo aequum esset, vt huiusmodi repelleret mulierem studiosam, discendi auidam, ac iuuari cupientem?

Vers. 13. *Respondit — iterum.* Sitiet aquae.

Vers. 14. *Quisquis — aeternum.* Nequaquam sitiet vnquam incredulitatis siti.

Vers. 14. *Sed — aquae.* Per fontem significauit perpetuitatem ac integritatem huiusmodi aquae.

Vers. 14. *Salientis — aeternam.* Scaturientis ad vitam aeternam, eo, quod vitam praebeat aeternam. Vide autem, quod, quum mulier dixisset, Num tu maior es patre nostro Iaacob, non dixit, Vtique maior sum: videretur enim se ipsum iactare: sed ab his, quae dixit, hoc intulit. Nam differentia aquarum differentiam infert praebentium illas, quum naturaliter aqua illa consumatur, haec autem perpetuo maneat.

Vers. 15.

*) Praepositiones εἰς et διὰ suis locis motas arbitror. Διὰ certe hic locum vix habere potest. „Forte Hen-

Λέγει δὲ νῦν ἡ σαμαρεῖτις, ὅτι εἰ μὴ περὶ τούτου λέγεις τοῦ ὕδατος, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἰακὼβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ τουτὶ, τὸ περιβόητον, ἵνα καὶ δύνῃ δοῦναι κρεῖττον ὕδωρ; τὸ δὲ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ, πρὸς ἔπαινον τοῦ τοιούτου φρέατος εἴρηται, ὅτι ἐὰν εἶχεν ἕτερον κρεῖττον, οὐκ ἂν ἐκ τούτου ἔπιε πανοικί. λοιπὸν οὖν, εἰ σὺ δύνασαι δοῦναι κρεῖττον, μείζων εἶ τοῦ ἰακώβ.

Ἡ μὲν οὖν σαμαρεῖτις αὐτη πρεσβυκῶς αὐτῷ περὶ τοῦ ἰακὼβ διαλέγεται, καὶ παραμένει, ποθοῦσα εὑρεῖν τὸ ζητούμενον· οἱ δὲ ἰουδαῖοι καὶ λιθάζειν αὐτὸν ἐπεχείρησαν, ὅτε τοῦ ἀβραὰμ ἐμνημόνευσε. πῶς οὖν εἰκὸς ἦν, ἀποστραφῆναι τοιαύτην γυναῖκα, σπουδαίαν καὶ φιλομαθῆ καὶ γλιχομένην ὠφεληθῆναι.

Verſ. 13. Ἀπεκρίθη — πάλιν. Δίψαν ὕδατος.

Verſ. 14. Ὃς — αἰῶνα. Οὐ μὴ διψήσῃ ποτὲ, τὴν ἐξ ἀπιστίας δίψαν.

Verſ. 14. Ἀλλὰ — ὕδατος. Διὰ τῆς πηγῆς, τὸ ἀέναον καὶ ἀνελλιπὲς τοῦ τοιούτου ὕδατος ἐνέφηνεν.

Verſ. 14. Ἀλλ᾽ ἁμαρτὲς — αἰώνιον. Ἀναβλύζοντος *) διὰ ζωὴν αἰώνιον, εἰς τὸ παρέχειν ζωὴν αἰώνιον. ὅρα δὲ, πῶς εἰρηκυίας τῆς γυναικὸς, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἰακὼβ, οὐκ εἶπε, καὶ μείζων εἰμί· ἔδοξε γὰρ ἂν κομπάζειν· ἀφ᾽ ὧν δὲ εἴρηκε, τοῦτο κατεσκεύασεν. ἡ διαφορὰ γὰρ τῶν ὑδάτων, τὴν διαφορὰν τῶν παρεχόντων αὐτὰ κηρύττει. ἐκείνῳ μὲν γὰρ τῷ ὕδατι φύσις, δαπανᾶσθαι· τούτῳ δὲ, πηγάζειν ἀεί.

Verſ. 15.

Hentenius invenit: ἀναβλύζοντος εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ τὸ παρέχειν.

Vers. 15. *Dixit — ad hauriendum.* Paulatim ad dogmatum celsitudinem prouehitur. Ab aquae enim, quam tribuit, praestantia, hunc esse maiorem Iaacob credit, quodque excellentioris naturae aquam tribuat, intelligit: nondum autem perfecte cognoscit, aut quis sit, qui hanc dabit, aut quid illa sit aqua, percipit: suspicatur tamen id, quod datur, tale quippiam esse, quod sitim hanc sensibilem perimat. Non est ergo leuis haec mulier: neque enim vtcunque suscepit ea, quae dicebantur, sed post longam interrogationem: neque rursum incredula ac contentiosa. Nam quum maiorem eum inuenisset, quam Iaacob, non permansit in praesumta opinione. Atqui Iudaeis dixit Christus, Qui venit ad me, non esuriet: et qui credit in me, non sitiet in aeternum: illi autem non solum non crediderunt, sed et offendiculum ex eo passi sunt.

Vers. 16. *Dixit — huc.* Quum instaret et apprehendere vellet, ait: Abi voca virum tuum et veni huc, simulans, quod etiam illum cum ea communicare oporteret in dono. Atqui nouerat eam virum legitimum non habere, vtpote omnia sciens: id tamen volebat ipsam dicere, vt apprehensa occasione, quae circa eam acciderant, prophetaret, ipsamque corrigeret. Vult enim vaticiniorum ac miraculorum occasiones ab his, quae contingunt, accipere: vt et vanae gloriae suspicionem deuitet, et eos sibi familiariores reddat. Siquidem alio modo dicere, Frequenter nupta fuisti, et nunc viro iuncta es illegitimo, intempestiuum videbatur atque superfluum: accepta vero ab ea causa, tempestiuum erat atque consequens.

Vers. 17.

Vers. 15. Λέγει — ἀντλεῖν. Κατὰ μι-
κρὸν ἀνάγεται πρὸς τὸ τῶν δογμάτων ὕψος. ἀπὸ
τῆς ὑπεροχῆς γὰρ, οὗ δίδωσιν ὕδατος, μείζονα
τοῦτον τοῦ ἰακὼβ εἶναι πεπίςευκε. καὶ ὅτι μὲν
ἑτέρας φύσεως ὕδωρ δίδωσιν ὑψηλοτέρας, ἐνόησεν·
οὔπω δὲ τὸ τέλειον ἔγνω. οὔτε γὰρ, τίς ἐςιν ὁ τοῦτο
διδοὺς, οὔτε, τί ἐςιν τοῦτο, κατέλαβεν. ὑπέλαβε
δὲ τὸ διδόμενον ἀναιρετικὸν τυγχάνειν ταύτης τῆς
δίψης τῆς αἰσθητῆς. οὔτε οὖν εὔκολος ἡ γυνὴ αὕτη·
οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐδέξατο τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ μετὰ
πολλῆς συζητήσεως· οὔτε ἀπειθὴς καὶ φιλόνεικος·
εὑροῦσα γὰρ τὸν μείζονα τοῦ ἰακὼβ, οὐκ ἐναπέ-
μεινε τῇ προλήψει. καίτοι καὶ ἰουδαίοις εἶπεν,
ὅτι ὁ[v]) ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ, καὶ ὁ v) Io. 6, 35.
πιςεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε· ἀλλ᾽ οὐ
μόνον οὐκ ἐπίςευσαν, ἀλλὰ καὶ ἐσκανδαλί-
σθησαν.

Vers. 16. Λέγει — ἐνθάδε. Ἐγκαρτερή-
σασης καὶ ζητούσης λαβεῖν, λέγει, ὕπαγε, κάλε-
σον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε, προσποιού-
μενος, ὅτι χρὴ κἀκεῖνον κοινωνῆσαι ταύτῃ τῆς δω-
ρεᾶς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔχει ἄνδρα νόμιμον, ἐγίνωσκεν,
ὡς πάντα εἰδώς· ἐβούλετο δὲ ταύτην εἰπεῖν, ὅτι
οὐκ ἔχει ἄνδρα, ἵνα λοιπὸν, προφάσεως δραξά-
μενος, προφητεύσῃ τὰ κατ᾽ αὐτὴν, καὶ διορθώ-
σηται ταύτην. θέλει γὰρ τῶν προῤῥήσεων καὶ τῶν
θαυμάτων τὰς ἀφορμὰς παρ᾽ αὐτῶν λαμβάνειν
τῶν προσιόντων, ὥστε καὶ τὴν τοῦ κενοδοξεῖν ὑπό-
νοιαν διαφεύγειν, καὶ αἰτεῖσθαι μᾶλλον αὐτούς.
τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν προηγουμένως, ὅτι πολύγαμος
γέγονας, καὶ νῦν ἔχεις ἄνδρα παράνομον, ἄκαι-
ρον ἐδόκει, καὶ περιττόν· τὸ δὲ παρ᾽ αὐτῆς λα-
βόντος τὴν αἰτίαν, σφόδρα εὔκαιρον, καὶ ἀκό-
λουθον.

Vers. 17. *Respondit* — *virum.* [a] Putans simpliciter cum homine loqui, occultata rei turpitudine, fallere eum conabatur.

Vers. 17. *Respondit* — v. 18. *dixisti.* Accepta, vt dictum est, occasione prophetat, eamque arguit, ad amussim omnino manifestos ac legitimos eius viros enumerans, et eum, qui nunc occultus erat ac illegitimus manifestans. Nam quinque viros palam et successiue habuerat, siquidem hoc permissum erat: quinto autem mortuo, nullus eam manifeste in vxorem accipere voluit: ipsa vero non ferens concupiscentiam, sibi occulte coniunctum habebat. Quinque ergo viri fuerant ipsius, quia manifeste coniuncti: is autem, qui nunc commiscebatur, suus non erat, eo quod occultus esset.

† † Sancti Maximi: Mulier Samaritana significabat naturam humanam, quae quinque leges acceperat, tanquam viros, nimirum legem Adamo datam in Paradiso et extra Paradisum eidem rursus datam, datam Noë tempore diluuii, Abrahamo de circumcisione et rursus eidem datam de Isaaco sacrificando: sed hae quinque praeterierant et quasi mortuae erant: habebat autem tunc Mosaicam. Sed haec lex non erat maritus eius, vel quod non tota diligebatur et seruabatur, vel, quod non ad omne tempus, sed tantum vsque ad aduentum Seruatoris data erat Iudaicae naturae humanae. Exinde vero non erat vir eius, cum alia eam sibi iunxisset, lex nimirum euangelica. Puteus

[2]) Haec vterque Codex exhibet in margine. Hentenius prorsus non agnoscit.
[3]) Etiam hic τῷ scribendum.
[4]) Pro ἀπετεθνήκεισαν.

Verf. 17. Ἀπεκρίθη — ἄνδρα. Οἰομένη πρὸς ἄνθρωπον ἁπλῶς διαλέγεσθαι, ἐπεχείρησε λαθεῖν, κρύπτουσα τὸ αἰσχρὸν τοῦ πράγματος.

Verf. 17. Λέγει — v. 18. εἴρηκας. Ἀψάμενος ἀφορμῆς, ὡς εἴρηται, προφητεύει καὶ διελέγχει ταύτην, ἀκριβῶς ἄγαν τούς τε φανερούς καὶ νομίμους ἄνδρας αὐτῆς ἀριθμῶν, καὶ τὸν νῦν λαθραῖον καὶ παράνομον ἀποκαλύπτων. πέντε μὲν γὰρ ἄνδρας ἔσχε φανερῶς, κατὰ διαδοχήν· τοῦτο γὰρ ἀκώλυτον ἦν· τοῦ πέμπτου δὲ τελευτήσαντος, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἐδεὶς αὐτὴν φανερῶς εἰς γυναῖκα λαβεῖν ἠθέλησεν. αὐτὴ δὲ μὴ φέρεσα τὴν ἐπιθυμίαν, λαθραῖον εἶχε τὸν αὐτῇ συγγινόμενον. οἱ πέντε μὲν ἦν, ἄνδρες αὐτῆς ἦσαν, διὰ τὸ φανερόν· ὁ δὲ τότε μιγνύμενος, οὐκ ἦν ἀνὴρ αὐτῆς, διὰ τὸ λαθραῖον.

[Τῦ [2]) ἁγίε μαξίμε· ἡ σαμαρεῖτις ὑπεδήλε τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, λαβεσαν πέντε νόμους, ὡς ἄνδρας, τόν τε ἐν τῷ παραδείσῳ δοθέντα τῷ ἀδὰμ, καὶ τὸν ἐκτὸς τοῦ παραδείσου τῷ αὐτῷ πάλιν δοθέντα, καὶ τὸν τοῦ [3]) νῶε, κατὰ τὸν κατακλυσμὸν, καὶ τὸν τῷ ἀβραὰμ περὶ τῆς περιτομῆς, καὶ τὸν τῷ αὐτῷ πάλιν, περὶ τῆς κατὰ τὸν ἰσαὰκ θυσίας· ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ πέντε παρῆλθον, καὶ οἷον [4]) ἀποτεθνήκεσαν· εἶχε δὲ τότε τὸν μωσαϊκόν. οὐκ ἦν δὲ οὗτος [5]) ἀνὴρ αὐτῆς, ἢ ὅτι ἐ καθ' ὁλόκληρον ἐξεργετό τε καὶ ἐφυλάσσετο, ἢ ὅτι ἐ διὰ παντὸς, ἀλλὰ μέχρι τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, ἐδόθη τῇ κατὰ τοὺς ἰεδαίους φύσει τῶν ἀνθρώπων. ἔκτοτε δὲ οὐκ ἦν ἀνὴρ αὐτῆς, ἄλλου ταύτην ἁρμοζομένου ἑαυτῷ, λέγω δὴ,

5) In Latino haec valde claudicant, cum *lex* sit femininum.

teus igitur Iacobi, est sacra scriptura: aqua vero eius, huius cognitio: profunditas autem, profunditas sententiarum: haustrum vero, eruditio verbi diuini quae fit per litteras, quam dominus non habuit, cum ipse verbum sit ac vera sapientia, cumque discipulis suis non per litteras dederit eruditionem, sed per gratiam spiritualem.

Vers. 19. *Dicit — tu.* Non indigne tulit, quod manifeste argueretur, neque pro iniuria duxit increpationem, sed admirata perfectam eius cognitionem, vere prophetam eum esse deprehendit: Video, inquit, siue, intelligo. Et exinde nihil mundanum aut temporale eum interrogat, sed statim de dogmatibus. Ait enim.

Vers. 20. *Patres — adorare.* Patres dixit Abraham et Isaac. Vetus siquidem historia tradit, Abraham in illo monte obtulisse Isaac Deo in holocaustum. Aut patres dixit Iaacob et filios eius. Nam Iaacob ibi constituit altare et adorauit Deum. Mulier itaque quaestionem proposuit, putans Samaritanorum dogma melius esse, quam Iudaeorum, et honoratiorem locum esse montis illius, quam Ierosolyma. Christus vero primum eleuat vtriusque loci dignitatem, eo, quod breui futurum esset, vt cultus diuinus in vtroque cessaret: deinde Iudaeos praeponit, et postmodum diuini cultus dogma manifestat.

Vers. 21.

b) *συνετωτέρες*, abest. A. Hoc vocabulo videtur Hentenii etiam Codex caruisse. Ergo reddidit *praefert*, Sensum ergo expressit, non vocabulum ἀπο-

τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου. Φρέαρ μὲν οὖν τὸ Ἰακὼβ, ἡ θεία ἐστὶ γραφή· ὕδωρ δὲ τούτου, ἡ ταύτης γνῶσις· βάθος δὲ, τὸ βάθος τῶν νοημάτων· ἄντλημα δὲ, ἡ διὰ τῶν γραμμάτων μάθησις τοῦ θείου λόγου, ἣν οὐκ εἶχεν ὁ κύριος, ὡς αὐτὸ τοῦτο, λόγος καὶ αὐτοσοφία, καὶ οὐ τὴν διὰ γραμμάτων μάθησιν διδοὺς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν διὰ πνευματικῆς χάριτος.]

Vers. 19. Λέγει — σύ. Οὐκ ἐδυσχέρανεν ἐλεγχθεῖσα προδήλως, οὐδὲ ὕβριν ἡγήσατο τὸν ἔλεγχον, ἀλλὰ ἐκπλαγεῖσα τὴν ἀκριβεστάτην πρόγνωσιν αὐτοῦ, κατενόησεν, ὅτι ὄντως προφήτης ἐστίν. Θεωρῶ, γάρ φησιν, ἤτοι, συνίημι. εἶτα οὐδὲν βιωτικὸν αὐτὸν ἐρωτᾷ, ἀλλὰ περὶ δογμάτων εὐθύς. Φησὶ γάρ.

Vers. 20. Οἱ πατέρες — προσκυνεῖν. Πατέρας εἶπε, τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Ἰσαάκ. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει, λόγος ἀρχαῖος ἱστορεῖ, τὸν Ἀβραὰμ ἀνενηνοχέναι τὸν Ἰσαὰκ εἰς θυσίαν τῷ θεῷ. ἢ πατέρας εἶπε, τὸν Ἰακὼβ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. καὶ γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἔστησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον καὶ προσεκύνησε τὸν θεόν. ἡ μὲν οὖν γυνὴ προσήγαγε τὴν ἐρώτησιν, οἰομένη κρεῖττον εἶναι τὸ δόγμα τῶν Σαμαρειτῶν, παρὰ τὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν τόπον τιμιώτερον τοῦ ὄρους ἐκείνου, παρὰ τὸν τῶν Ἱεροσολύμων· ὁ δὲ Χριστὸς πρῶτον μὲν καὶ ἀμφοτέρων τῶν τόπων ἀναιρεῖ τὰ πρεσβεῖα, διὰ τὸ μέλλειν ὅσον οὔπω παυθῆναι τὰς ἐν ἐκείνοις λατρείας· εἶτα ἀποφαίνει τοὺς Ἰουδαίους g) συνετωτέρους· ἔπειτα παρανοίγει τὸ δόγμα τῆς εὐσεβείας.

g) ἀποφαίνει. Προτιμᾷ, προκρίνει nimis recedunt a meorum Codd. lectione.

Verſ. 21. *Ait — patrem.* †† Sophoniae: Et adorabunt eum quilibet ex loco ſuo.
Ex hoc praedicit diſſolutionem Samaritici ſimul et Iudaici cultus, quam paſſi ſunt, exterminati poſt Chriſti paſſionem a Romanis.

Verſ. 22. *Vos — ſcimus.* Quanquam enim eundem Deum colebant Samaritani et Iudaei: tamen Samaritani ignorabant, quod omnium gentium eſſet dominus: opinabantur ſiquidem, quod ſolis Samaritanis atque Iudaeis dominaretur: Iudaei vero cognoſcebant, quod omnium gentium eſſet dominus omnipotens. Ideo dixit ad illam, Vos adoratis, quod neſcitis, hoc eſt, cuius poteſtatem non cognoſcitis: et ſeipſum Iudaeis connumerauit, dicens, Nos adoramus, quod ſcimus, quia et ex Iudaeis erat progenitus, et Samaritanae Iudaeus videbatur. Deinde etiam inducit, quod maius eſt.

Verſ. 22. *Quia — eſt.* Samaritanorum ſalus ex Iudaeis eſt: nam ab illis didicerunt Deum cognoſcere, et idola reſpuere. Aut alio modo. Salus mundi ex Iudaeis eſt, quum ab eis Chriſtus ſit incarnatus.

Verſ. 23. *Sed — veritate.* Vbi Iudaeos Samaritanis praepoſuiſſet, rurſum nunc Iudaeis praeponit Chriſtianos: vt ſuſpicione careat praelatio, et non appareat Iudaeis gratificari, tanquam Iudaeus. Vbi autem dixit, Venit tempus: ne putaret, illud differendum, ſubiunxit, Et nunc eſt: ſiue iam imminet, inſtat.

Veros

7) Haec vterque in margine. Eadem etiam Cod. a. habet in contextu, poſt προσκυνήσετε τῷ πατρί. Et quidem litteris majuſculis, quibus reliqua ſacri contextus ſcripta ſunt. Eſt ergo hoc manifeſtum

Verf. 21. Λέγει — πατρὶ [(ζ) Σοφονίου x) καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ.] x) Soph. 2. 11.

Ἐντεῦθεν προαναφωνεῖ τὴν κατάλυσιν τῆς σαμαρειτικῆς ἅμα καὶ ἰουδαϊκῆς λατρείας, ἣν πεπόνθασιν ἐξολοθρευθέντες ὑπὸ ῥωμαίων, μετὰ τὴν χριστογονίαν. ὥραν δὲ νέοι, τὸν καιρόν.

Verf. 22. Ὑμεῖς — οἴδαμεν. Εἰ γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἐσέβοντο σαμαρεῖται καὶ ἰουδαῖοι· ἀλλὰ σαμαρεῖται μὲν ἠγνόουν, ὅτι πάντων τῶν ἐθνῶν κύριός ἐστι· μόνων γὰρ σαμαρειτῶν καὶ ἰουδαίων δεσπόζειν αὐτὸν ὑπελάμβανον· ἰουδαῖοι δὲ ἐγίνωσκον, ὅτι παντοκράτωρ ἐστί. διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὴν εἶπεν, ὅτι ὑμεῖς προσκυνεῖτε, ὃ οὐκ οἴδατε, τουτέστιν, οὗ τὴν ἐξουσίαν οὐκ οἴδατε. καὶ ἑαυτὸν δὲ συνέταξε τοῖς ἰουδαίοις· ἡμεῖς γάρ φησι, προσκυνοῦμεν, ὃ οἴδαμεν· διότι καὶ ἐξ ἰουδαίων ἐβλάστησε, καὶ ἰουδαῖος τῇ σαμαρείτιδι ἔδοξεν. εἶτα ἐπάγει καὶ τὸ μεῖζον·

Verf. 22. Ὅτι — ἐστίν. Ἡ σωτηρία τῶν σαμαρειτῶν ἐκ τῶν ἰουδαίων ἐστίν. ἐξ αὐτῶν γὰρ ἔμαθον εἰδέναι τὸν θεὸν, καὶ καταγινώσκειν τῶν εἰδώλων. ἢ καὶ ἑτέρως· ἡ σωτηρία τοῦ κόσμου ἐκ τῶν ἰουδαίων. ἐξ αὐτῶν γὰρ ὁ χριστὸς ἐνηνθρώπησεν.

Verf. 23. Ἀλλ' — ἀλήθεια. Προτιμήσας τῶν σαμαρειτῶν τοὺς ἰουδαίους, νῦν προτιμᾷ πάλιν τῶν ἰουδαίων τοὺς χριστιανούς, ἵνα ἀνύποπτος ἡ προτίμησις γένηται, καὶ μὴ δόξῃ καταχαρίζεσθαι τοῖς ἰουδαίοις, ὡς ἰουδαῖος. εἰπὼν δὲ, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἵνα μὴ νομίσῃ βραδύνειν αὐτὴν, προσέθηκεν, ὅτι καὶ νῦν ἐστιν, ἤγουν, ἐνέστηκεν ἤδη.

ftum indicium particulae ex marg. in textum translatae.

Veros item adoratores dicit eos, qui in se credunt, qui de ecclesia sunt, tanquam vere colentes, et non in vmbris seruientes, sicut Iudaei et Samaritani: nam omnis horum seruitus vmbra erat et figura veritatis. Veri ergo adoratores adorabunt patrem non in corpore, sed in spiritu, hoc est, non per corporales victimas, sed per spirituales: nec in vmbris et figuris, sed in veritate: nec cultum loco circumscribentes, veluti Iudaei et Samaritani, sed in omni loco dominationis eius benedicentes dominum.

De solo autem patre facit nunc mentionem, propter mulieris imbecillitatem: neque enim repentinum dogma proponere ei oportebat.

Vers. 23. *Nam et — ipsum.* Puta non figuratiuos, sed veros: non corporaliter, sed spiritualiter immolantes. Dicens autem, Quaerit; ostendit, quod legis immolatio displiceret, et sane olim condescendendo statuerat illam, et vsque ad id tempus sustinuerat, propter Hebraeorum imbecillitatem et crassitudinem.

Vers. 24. *Spiritus — adorare.* Spiritus, hoc est, incorporeus: ideo etiam colentes eum, spiritualiter colere oportet, non in vmbra, sed in veritate: haec enim conueniens est, ac Deum decet. Spiritualis autem cultus, siue latria, est animi modestia, sacrificium, inquit, Deo spiritus contritus: et oratio, sacrifica, ait, Deo sacrificium laudis: Et, vt vno verbo dicam, omnis virtus spiritualis, Tunc acceptabis, inquit, sacrificium iustitiae: vbi dictio Iustitiae, pro omni virtute accipitur, per quam homo iustus efficitur.

Vers. 25.

b) Porro λατρεύσουσιν, vt habet Hentenius. In textu etiam est προσκυνήσουσιν.

Ἀληθινοὺς δὲ προσκυνητὰς λέγει, τὰς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, τὰς τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἀληθῶς σέβοντας, καὶ οὐκ ἐν σκιαῖς λατρεύοντας, ὡς ἰουδαῖοι καὶ σαμαρεῖται. πᾶσα γὰρ ἡ λατρεία τούτων, σκιὰ ἦν καὶ προτύπωσις τῆς ἀληθείας. οὗτοι γοῦν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ λατρεύουσι[s]) τῷ πατρὶ, οὐκ ἐν σώματι, ἀλλ' ἐν πνεύματι, τουτέστιν, οὐ διὰ σωματικῶν θυσιῶν, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν, καὶ οὐκ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐ τόπῳ τὴν λατρείαν περιγράφοντες, ὡς ἰουδαῖοι καὶ σαμαρεῖται, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλογοῦντες τὸν κύριον.

Περὶ τοῦ πατρὸς δὲ μόνου νῦν ποιεῖται τὸν λόγον, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς γυναικός. οὐκ ἔδει γὰρ ἀθρόον αὐτῇ τὸ δόγμα προσαγαγεῖν.

Vers. 23. Καὶ γὰρ — αὐτόν. Ἤγουν, οὐ τυπικοὺς, ἀλλ' ἀληθινοὺς, οὐ σωματικῶς θύοντας, ἀλλὰ πνευματικῶς. εἰπὼν δὲ, ὅτι ζητεῖ, ἐνέφηνεν, ὅτι ἀπαρέσκεται τῇ νομικῇ λατρείᾳ, καὶ λοιπὸν συγκαταβατικῶς αὐτὴν ἐνομοθέτησε πάλαι, καὶ συνεχώρησεν ἄχρι τότε, διὰ τὴν τῶν ἑβραίων παχύτητα καὶ ἀσθένειαν.

Vers. 24. Πνεῦμα — προσκυνεῖν. Πνεῦμα, τουτέστιν, ἀσώματος. διὸ καὶ τοὺς λατρεύοντας αὐτῷ, πνευματικῶς χρὴ λατρεύειν, καὶ οὐκ ἐν σκιᾷ, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ. τοῦτο γὰρ θεοπρεπὴς καὶ κατάλληλος λατρεία. πνευματικὴ δὲ λατρεία ἐστὶν, ἡ ταπεινοφροσύνη. θυσία,[y]) γάρ φησι, τῷ θεῷ, πνεῦμα συντετριμμένον· καὶ ἡ προσευχὴ, θῦσον,[z]) γάρ φησι, τῷ θεῷ, θυσίαν αἰνέσεως· καὶ ἁπλῶς πᾶσα πνευματικὴ ἀρετή· τότε, γάρ φησιν, εὐδοκήσεις[a]) θυσίαν δικαιοσύνης. ἐνταῦθα δικαιοσύνης νοουμένης καθολικῶς, πάσης ἀρετῆς, δι' ἧς ὁ ἄνθρωπος δικαιοῦται.

y) Pf. 50, 19.
z) Pf. 49, 14.
a) Pf. 50, 21.

Verf. 25. *Ait — omnia.* Inhiabat ad eorum, quae dicta funt, fublimitatem, fed modo defperat, poffe de illis audire. Sed vnde Samaritanis expectatio aduentus Chrifti? A Mofaicis fcripturis. Scripfit enim Mofes, Prophetam fufcitabit vobis Deus de fratribus veftris: tanquam me illum audietis.

Verf. 26. *Dicit — tecum.* Iudaeis inftantibus ac dicentibus, Quoadusque animam noftram fufpenfam tenes, dic nobis, an tu fis Chriftus? non refpondit hoc manifefte: huic autem protinus fe ipfum manifeftauit: nam haec aequior illis erat. Siquidem ipfi non, vt crederent, difcere quaerebant, fed vt reprehenderent: ipfa vero ftatim, poftquam didicit, credidit.

Verf. 27. *Et — eius.* In hoc, id eft, his dictis.

Verf. 27. *Ac — loqueretur.* Quod quum talis effet, cum vili muliere difputaret.

Verf. 27. *Nemo — illa?* Tacuerunt, honorem ipfi deferentes: fiquidem inftructi erant, ne omnia magiftri facta curiofe inquirerent: fimul etiam fciebant, quod fpiritualibus illius vulneribus pharmacum apponeret.

Verf. 28. *Reliquit — v. 29. Chriftus?* Venerat ad fenfibilem fontem, et inuenit intellectualem: atque accenfa eft igne fpiritualium vndarum, adeo, vt et hydriam relinqueret et neceffitatem, propter quam accefferat, curreretque in ciuita-

*) Non cepit hoc Hentenius. Eft enim vertigine corripi, quod folet accidere iis, qui excelfa intuentur, aut ex loco edito deorfum fpectant. Reddidit

Verf. 25. Λέγει — πάνται. Ἰλιγγίασι[a]) πρὸς τὸ τῶν ῥηθέντων ὕψος, καὶ λοιπὸν ἀπαγορεύει τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀκρόασιν. ἀλλὰ πόθεν σαμαρείταις προσδοκία τῆς τοῦ χριστοῦ ἐπιδημίας; ἀπὸ τῶν μωσαϊκῶν γραφῶν. ἔγραψε γὰρ μωϋσῆς· προφήτην[b]) ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. αὐτοῦ ἀκούσεσθε. b) Deut. 18, 15.

Verf. 26. Λέγει — σοί. Τοῖς μὲν ἰουδαίοις ἐπικειμένοις καὶ λέγουσιν· ἕως[c]) πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰπὲ ἡμῖν, εἰ σὺ εἶ ὁ χριστός; οὐκ ἀπεκρίνατο τοῦτο σαφῶς. ταύτῃ δὲ αὐτίκα ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν· εὐγνωμονεστέρα γὰρ αὐτῶν ἦν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, οὐχ ἵνα πιστεύσωσιν ἐζήτουν μαθεῖν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ κωμῳδῆσαι αὐτόν. αὕτη δὲ μαθοῦσα, ἐπίστευσε. c) Io. 10, 24.

Verf. 27. Καὶ — αὐτοῦ. Ἐπὶ τούτῳ, ἀντὶ τοῦ, τούτων λεγομένων.

Verf. 27. Καὶ — ἐλάλει. Ὅτι, τηλικοῦτος ὤν, μετὰ γυναικὸς εὐτελοῦς διελέγετο.

Verf. 27. Οὐδεὶς — αὐτῆς; Ἐσίγησαν, τιμῶντες αὐτόν. πεπαιδευμένου γὰρ, τὸ μὴ πάντα τὰ τοῦ διδασκάλου περιεργάζεσθαι. ἅμα δὲ καὶ ἐγίνωσκον, ὅτι τοῖς ψυχικοῖς τραύμασιν αὐτῆς φάρμακον ἐπιτίθησιν.

Verf. 28. Ἀφῆκεν — v. 29. χριστός; Ἦλθεν ἐπὶ τὴν αἰσθητὴν πηγὴν, εὑροῦσα δὲ τὴν νοητὴν, οὕτως ἀνήφθη τῷ πυρὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων, ὡς καὶ τὸ ἄγγος ἀφεῖναι, καὶ τὴν χρείαν, δι᾽ ἣν παρεγένετο, καὶ δραμεῖν εἰς τὴν πόλιν,

a) dit ita, ac si repererit κέχηνε, quod ipsum non absurdum est, quo sensu Gregorius Naz. p. 159. dixit, πρὸς τοὺς ἀστέρας.

ciuitatem, ac populum omnem ad Iesum attraheret: docens nos, quum spiritualia nacti fuerimus, temporalia cuncta despicere.

Et videte mulieris sapientiam. Non dixit, Venite, videte Christum, quum tamen crederet esse Christum: ne de huiusmodi re a seipsa iudicare videretur: maximum enim videbatur, cognoscere eum, qui expectabatur, sed alios vocat iudices. Vtque illos magis attrahat, offert eis veluti quandam escam, suorum videlicet peccatorum detectionem. Sciebat enim, quod si sermones illius vel solum gustarent, protinus et ipsi irretirentur. Num hic est Christus? hoc est, Num fortassis hic est? Nam haesitando loquitur, tanquam addubitans, vt ab illis detur sententia.

Vers. 30. *Exierunt* — v. 31. *comede.* Videntes eum ab itinere defessum, et ab imminente solari ardore, rogabant eum. Nam hoc in loco *ἠρώτων* idem significat, quod Deprecabantur: id autem vehementis est amoris, non temeritatis.

Vers. 32. *At ille* — v. 33. *quod ederet?* Ipse quidem cibum dicebat, hominum salutem: discipuli vero de cibo sensibili intelligentes, haesitant inter se: nam illum interrogare verebantur. Tunc ergo verbum interpretatur.

Vers. 34. *Dicit* — *opus.* Voluntas patris, qui ipsum miserat, et opus illius Christo iniunctum, salus est hominum: hanc autem vocat cibum suum, ostendens per hanc vocem desiderium, quod de hominum habebat salute. Nam sicut qui edit, cibum concupiscit: ita et ipse hominum salutem. Dicit autem se a patre missum, vel

πόλιν, καὶ πάντα τὸν δῆμον ἑλκύσαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παιδεύουσα ἡμᾶς, ὅταν ἐντύχωμεν πνευματικοῖς, ὑπερορᾶν πάντων τῶν βιωτικῶν.

Καὶ ὅρα σοφίαν γυναικός. οὐκ εἶπε, δεῦτε, ἴδετε τὸν χριστόν· καίτοι πιστεύουσα, ὅτι ὁ χριστός ἐστιν· ἵνα μὴ δόξῃ κρίνειν ἀφ᾽ ἑαυτῆς περὶ τηλικούτου πράγματος· μέγιστον γὰρ ἐδόκει, τὸ ἐπιγνῶναι τὸν προσδοκώμενον· ἀλλ᾽ ἑτέρους καλεῖ κριτάς, ἵνα καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισπάσηται. προτείνει δὲ τούτοις, καθάπερ τι δέλεαρ, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν. ἐγίνωσκε γάρ, ὡς εἰ μόνον γεύσωνται τῶν λόγων αὐτοῦ, σαγηνευθήσονται καὶ αὐτοὶ παραυτίκα. τὸ δέ, μήτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός; ἀντὶ τοῦ, μήποτε οὗτός ἐστιν; ὑποκρίνεται γάρ, οἷον ἐπιδιστάζειν, ὥστε παρ᾽ αὐτῶν γενέσθαι τὴν κρίσιν.

Vers. 30. Ἐξῆλθον — v. 31. Φάγε. Ὁρῶντες αὐτὸν κεκμηκότα, ὑπό τε τῆς ὁδοιπορίας καὶ τῆς ἐπικειμένης ἡλιακῆς φλογός, ἠρώτων αὐτόν, ἤτοι, παρεκάλουν φαγεῖν. τοῦτο δὲ φιλοστοργίας ἦν, οὐ προπετείας.

Vers. 32. Ὁ δὲ — v. 33. Φαγεῖν; Αὐτὸς μὲν βρῶσιν ἔλεγε, τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων· οἱ μαθηταὶ δὲ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς νοοῦντες, ἀποροῦσι πρὸς ἀλλήλους. ηὐλαβοῦντο γὰρ ἐκεῖνον ἐρωτῆσαι. λοιπὸν οὖν ἑρμηνεύει τὸν λόγον.

Vers. 34. Λέγει — ἔργον. Θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρός, καὶ ἔργον αὐτοῦ ἐπιταγὲν αὐτῷ, ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων. ταύτην δὲ βρῶσιν ἑαυτοῦ καλεῖ, διὰ τῆς λέξεως ταύτης ἐμφαίνων τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων. ὥσπερ γὰρ ὁ τρώγων ἐπιθυμεῖ τῆς βρώσεως· οὕτω καὶ αὐτὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν. πεμφθῆναι δὲ παρὰ τοῦ πατρός, φησιν, ὡς ἄνθρωπος,

vel tanquam homo, vel ficut verbum quod a patre generatur, vel patri honorem deferendo.

Verſ. 35. *Nonne — iam.* Diſcipuli quidem de ſenſibili meſſe dicebant, ipſe vero de intellectuali nunc loquitur, et hanc oſtendit inſtare. Regiones appellans multitudinem venientium ad ſe Samaritanorum: albas autem dicit eas, tanquam ad fidem paratos illos. Nam et fides meſſis eſt, quae ab infidelitate metitur vel ſeparatur, et confertur ad Chriſtum. Quemadmodum enim albae ſegetes paratae ſunt ad meſſem, ita et illi ad fidem.

Verſ. 36. *Et — accipit.* Et qui tales metit regiones, retributionem a Deo ſumit. vniuerſalius namque loquitur hic de omnibus Samaritanis ac Iudaeis, qui erant credituri.

Verſ. 36. *Et — aeternam.* Qui ſenſibilem metit agrum, congregat fructum ad vitam temporalem, hic autem ad vitam aeternam.

Verſ. 36. *Vt — qui metit.* Vt congregato ibi tali fructu, et qui ſeminauit ſimul gaudeat, et qui meſſuit, videntes ſcilicet, eum ibi congregatum, ac mercedem ex eo referentes: ille quidem, tanquam qui ſeminauit, iſte vero, ſicut qui meſſuit.

Seminantes itaque ſunt prophetae, Moſes et qui poſt illum fuerunt, vt qui vaticinia de Chriſto ſeminauerunt; metentes autem Apoſtoli, qui meſſuerunt homines ab infidelitate, ac retulerunt ad horrea aeternorum tabernaculorum.

Verſ. 37. *In — qui metit.* Verus eſt ſermo prouerbii.

Verſ. 38.

*) τῆς, omittit. B.

πος, ἢ καὶ ὡς λόγος ἐκ τοῦ γεννήσαντος νοῦ, ἢ καὶ ὡς τιμῶν τὸν πατέρα.

Verſ. 35. Οὐχ — ἤδη. Οἱ μαθηταὶ μὲν περὶ τοῦ αἰσθητοῦ θερισμοῦ ἔλεγον· αὐτὸς δὲ νῦν περὶ τοῦ νοητοῦ φησὶ, καὶ δείκνυσι τοῦτον ἐνεστῶτα· χώρας μὲν ὀνομάζων, τὰ πλήθη τῶν ἐρχομένων ἤδη πρὸς αὐτὸν σαμαρειτῶν· λευκὰς δὲ αὐτὰς καλῶν, ὡς ἑτοίμους πρὸς πίστιν. θερισμὸς γὰρ καὶ ἡ πίστις, θερίζουσα ἀπὸ τῆς[1]) ἀπιστίας, καὶ συγκομίζουσα πρὸς τὸν χριστόν. ὥσπερ γὰρ τὰ λευκὰ λήδια ἕτοιμα πρὸς θερισμόν εἰσιν· οὕτω καὶ οὗτοι πρὸς πίστιν.

Verſ. 36. Καὶ — λαμβάνει. Καὶ ὁ θερίζων τοιαύτας χώρας, ἀμοιβὴν ἐκ θεοῦ λαμβάνει. καθολικώτερον γὰρ ἐνταῦθα περὶ πάντων λέγει τῶν μελλόντων πιστεύειν σαμαρειτῶν καὶ ἰουδαίων.

Verſ. 36. Καὶ — αἰώνιον. Ὁ μὲν θερίζων αἰσθητὸν λήδιον, συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν πρόσκαιρον· οὗτος δὲ, εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Verſ. 36. Ἵνα — θερίζων. Ἵνα, συναχθέντος ἐκεῖ τοῦ τοιούτου καρποῦ, καὶ ὁ σπείρας ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίσας, βλέποντες αὐτὸν συναχθέντα ἐκεῖ, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ μισθοὺς ὁμοῦ κομιζόμενοι, ὁ μὲν, ὡς σπείρας, ὁ δὲ, ὡς θερίσας. Σπείροντες μὲν οὖν εἰσιν, οἱ προφῆται, μωϋσῆς καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον· οἷα σπείραντες τὰς περὶ χριστοῦ προρῥήσεις· θερίζοντες δὲ, οἱ ἀπόστολοι· θερίσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, καὶ συγκομίσαντες εἰς τὰς ἀποθήκας τῶν αἰωνίων σκηνῶν.

Verſ. 37. Ἐν — θερίζων. Ὁ λόγος ὁ ἀληθινὸς, τῆς παροιμίας.

Verſ. 38.

Vers. 38. *Ego — laborastis.* Id est, ad quod vos non laborastis.

Vers. 38. *Alii — introistis.* Haec dicit, ostendens, quod opus illis commissum facile et in promtu est; ac confidentiam eis inde immittens: vtpote perfecto eo, quod laboriosius est: Seminare namque cum labore fit et tarditate; metere vero cum requie et velocitate: et sementis fructus est messis.

Frequenter autem vsus est in euangelio figurativis ac metaphoricis dictionibus, efficaciorem reddens doctrinam, et memoriam eorum, quae dicuntur, stabiliorem, per notas similitudines et exempla: tum quod iucundius id in aures ingreditur, tum quod profundius cordi inprimitur: et sermones quidem sunt sensibiles: intellectus vero spirituales.

Vers. 39. *Ex — feci.* Quaecunque, intellige de viris, et de eo, qui non erat vir eius. Aut etiam alia fortassis multa dixit ei, quae erant occulta.

Vers. 40. *Quum — apud se ipsius.* Hic rursum ἠρώτων, idem significat, quod Obsecrabant.

Vers. 40. *Et — v. 41. ipsius.* Sermonem autem ipsius, hoc est, doctrinam illius.

Vers. 42. *Et — Christus.* Ex his, quae eum docentem audiuerant, cognouerunt, quod hic vere esset saluator mundi Christus, quod orbe perdito, venisset hic, vt ipsum saluaret. Fuerunt autem

[2]) τῆς διδασκαλίας.
[3]) τῆς μνήμης.
[4]) Hoc et proximum scholium apud Hentenium coniunctum est.

Vers. 38. Ἐγὼ — κεκοπιάκατε. Εἰς ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε.

Vers. 38. Ἄλλοι — εἰσεληλύθατε. Ταῦτα λέγει, δεικνύων, ὅτι τὸ ἐγχειρισθὲν τούτοις ἔργον, ῥᾴδιόν ἐστι καὶ εὔκολον, καὶ θάρσος αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἐμβάλλων, ὡς τοῦ ἐπιπονωτέρου προανυσθέντος. τὸ σπείρειν μὲν γὰρ, μετὰ πόνου καὶ βραδέως γίνεται· τὸ θερίζειν δὲ, μετὰ ἀνέσεως καὶ ταχέως, καὶ τοῦ σπόρου ἔργον, τὸ θέρος.

Τροπικαῖς δὲ καὶ μεταφορικαῖς κέχρηται λέξεσι πολλαχοῦ τοῦ εὐαγγελίου, ποιῶν τὴν διδασκαλίαν ἐμφαντικωτέραν, καὶ τὴν μνήμην τῶν λεγομένων μονιμωτέραν, διὰ τῶν γνωρίμων εἰκόνων καὶ παραδειγμάτων· τῆς [2]) μὲν ἥδυτερον εἰσδυομένης ταῖς ἀκοαῖς· τῆς [3]) δὲ βαθύτερον ἐντυπουμένης τῇ καρδίᾳ. καὶ αἰσθητὰ μὲν τὰ ῥήματα· πνευματικὰ δὲ τὰ νοήματα.

Vers. 39. Ἐκ — ἐποίησα. Πάντα, νόησον, τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὸν οὐκ ἄνδρα. ἢ καὶ ἄλλα ἴσως εἶπεν αὐτῇ πολλὰ κεκρυμμένα.

Vers. 40. Ὡς — παρ' αὐτοῖς. [4]) Παρεκάλουν αὐτόν.

Vers. 40. Καὶ — v. 41. αὐτοῦ. Τὸν τῆς διδασκαλίας.

Vers. 42. Τῇ — χριστός. Ἐξ ὧν ἤκουσαν αὐτοῦ διδάσκοντος, ἔγνωσαν, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ χριστὸς, ὅτι, τῆς οἰκουμένης ἀπολωλυίας, ἦλθεν οὗτος σῶσαι αὐ-

autem Samaritani multo aequiores Iudaeis: illi enim exiuerunt ad eum et orabant illum, vt veniret ad se, quumque nullum vidissent signum, crediderunt in eum: Iudaei vero ad se magis venientem persequebantur, et apud se manere volentem, grauiter ferebant, quumque multa vidissent signa, non credebant. Quomodo ergo aequum erat, vt hos praeteriret? aut qua iustitia fieri poterat, vt illis, qui se odio habebant, adesset, hos autem, qui amabant, desereret?

Alio autem tempore Samaritani non exceperunt eum, vtpote amicum Iudaeorum, qui aduersus se inimicitias exercebant. Nam hoc scripsit Lucas trigesimo secundo capite. Sed illi erant alii ab istis: illi siquidem vicum quendam Samariae inhabitabant, isti vero ciuitatem.

Vers. 43. *Post* — v. 44. *haberet.* Cur non abierit tunc recta Capernaum, quae patria ipsius habebatur, causam reddit: quia videlicet hi, qui in ea morabantur, animum non applicabant, nec obtemperabant illi, vtpote familiares: siquidem familiaritas facile causat despectum.

Quomodo autem testatus sit Iesus, quod propheta in patria sua honorem non habeat, quaere in fine vigesimi quarti capitis euangelii iuxta Matthaeum et inuenies. Nazaret quidem patria eius erat, patria videlicet matris ipsius, in qua etiam nutritus fuerat. Capernaum vero habebatur patria illius, quod in ea habitaret. Ait enim Matthaeus, quod relicta Nazaret, veniens habitauit Capernaum.

Vers. 45.

5) καθόλου μὲν ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἧς ἡ καπερναούμ· οὐκ ἰδικῶς δὲ, ἤτοι ἐξαιρέτως, ἦλθεν εἰς καπερναούμ.

τήν. εὐγνωμονέστεροι δὲ πολλῷ τῶν ἰουδαίων οἱ σαμαρεῖται. οὗτοι μὲν καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, μεῖναι παρ' αὐτοῖς, καὶ μηδὲν σημεῖον ἰδόντες ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἐκεῖνοι δὲ, ἐρχόμενον μᾶλλον πρὸς αὐτοὺς ἐδίωκον, καὶ θέλοντα μένειν παρ' αὐτοῖς ἐβαρύνοντο, καὶ πολλὰ σημεῖα βλέποντες, ἠπίστουν. πῶς οὖν εἰκὸς, τούτους παραδραμεῖν, ἢ ποίας δικαιοσύνης, τοῖς μὲν μισοῦσι προσεδρεύειν, τῶν δὲ ἀγαπώντων ἀποπηδᾶν;

Ἐν ἑτέρῳ δὲ καιρῷ οἱ σαμαρεῖται οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὡς φίλον ἰουδαίων, τῶν ἐχθραινόντων αὐτοῖς. τοῦτο γὰρ ὁ λουκᾶς[d]) ἱστόρησεν ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἕτεροι ἦσαν παρὰ τούτους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κώμην τινὰ τῆς σαμαρείας ᾤκουν· οὗτοι δὲ, πόλιν. d) Luc. 9, 52. 53.

Vers. 43. Μετὰ — v. 44. ἔχει. Διότι τότε οὐκ ἀπῆλθεν ἰδικῶς[5]) εἰς καπερναοὺμ, τὴν δοκοῦσαν πατρίδα αὐτοῦ, τίθησιν αἰτίαν, ὅτι οὐ προσεῖχον αὐτῷ οἱ ἐν αὐτῇ, καταφρονοῦντες, ὡς συνήθους. τὸ σύνηθες γὰρ εὐκαταφρόνητον.

Πῶς δὲ ὁ ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει;[6]) καὶ ζήτησον ἐν τῷ τέλει τοῦ εἰκοστοῦ τετάρτου[e]) κεφαλαίου τοῦ κατὰ ματθαῖον, καὶ εὑρήσεις. καὶ γὰρ ἡ μὲν ναζαρὲτ ἦν πατρὶς αὐτοῦ, ὡς πατρὶς τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ δοκοῦντος πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τεθραμμένου· ἡ δὲ καπερναοὺμ ἐδόκει πατρὶς αὐτοῦ, ὡς κατοικοῦντος εἰς αὐτήν. φησὶ γὰρ ὁ ματθαῖος, ὅτι [f]) καταλιπὼν τὴν ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς καπερναούμ. e) Matt. 13, 57. f) Matth. 4, 13.

 Vers. 45.

6) καὶ, abest. A. Nec agnoscit Hentenius. Idem paullo ante, loco τοῦ, videtur legisse τῆς.

Verſ. 45. *Quum — feſto.* Galilaeam intellige reliquas Galilaeae ciuitates ac vicos, praeter eam quae proprie ciuitas eius dicebatur. Feſtum vero, paſcha, veluti ſecundo capite ſignificatum eſt.

Verſ. 45. *Nam et ipſi — feſtum.* Nam omnes ſimul Iudaei Ieroſolymam vndique concurrentes feſtum celebrabant.

Cap. VI. De regio.

Verſ. 46. *Venit — vinum.* In Galilaeam quidem venit propter eorum inuidiam, qui Iudaeam inhabitabant: in patriam autem ſuam non abiit, quia ei non auſcultabant, et ne maior eis accederet condemnatio. In Cana venit: primum quidem inuitatus ad nuptias, nunc vero, vt fidem quae ex facto prius miraculo acceſſerat, ſua praeſentia confirmaret: imo potius eos attraheret, veniens non vocatus, ac patriae ſuae eos praeponens.

Verſ. 46. *Et — Capernaum.* Regius dicebatur, vel quod regio eſſet genere, vel quod dignitatem nactus erat, a qua Regius cognominabatur, vel quod miniſter eſſet regius. Quidam itaque dicunt, hunc fuiſſe Centurionem, de quo apud Matthaeum et Lucam facta eſt mentio. Non eſt autem ita. Siquidem, vt alias eorum differentias omittamus, ille Centurio erat, hic Regius: illius ſeruus aegrotabat, huius filius: et ibi morbus erat paralyſis, hic autem febris.

Verſ. 47. *Hic — moriturus.* Rurſum ἠρώτα, ſignificat, Deprecabatur.

Verſ. 48.

7) Γὰρ ergo, quod vnus meorum omittit, Codex Henteni videtur habuiſſe.

8) ἐρχόμενοι. A.

Vers. 45. Ὅτε — ἑορτῇ. Γαλιλαίαν νόει, τὰς ἄλλας πόλεις καὶ κώμας τῆς γαλιλαίας, παρὰ τὴν δηλωθεῖσαν ἰδικῶς πατρίδα αὐτοῦ· ἑορτὴν δὲ, τὴν τοῦ πάσχα, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ δεδήλωται.

Vers. 45. Καὶ αὐτοὶ γὰρ [7]) — ἑορτήν. Ὁμοῦ γὰρ ἐν ἱεροσολύμοις ἑβραῖοι πάντες πανταχόθεν [8]) συνερχόμενοι ἑόρταζον.

Κεφ. ς. Περὶ τοῦ βασιλικοῦ.

Vers. 46. Ἦλθεν — οἶνον. Εἰς τὴν γαλιλαίαν μὲν ἦλθε, διὰ τὸν φθόνον τῶν κατοικούντων τὴν ἰουδαίαν· εἰς τὴν ῥηθεῖσαν δὲ πατρίδα αὐτοῦ οὐκ ἀπῆλθεν, ὡς μὴ προσεχούσαν αὐτῷ, καὶ ἵνα μὴ μεῖζον αὐτῇ γένηται τὸ κρίμα. εἰς τὴν κανὰ δὲ ἦλθε, πρῶτον μὲν, κληθεὶς εἰς τὸν γάμον· νῦν δὲ, τὴν ἀπὸ τοῦ προγεγονότος θαύματος ἐγγενομένην πίστιν βεβαιῶν τῇ παρουσίᾳ, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐφελκόμενος, ὡς ἐλθὼν αὐτόκλητος καὶ προτιμήσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος.

Vers. 46. Καὶ — καπερναούμ. Βασιλικὸς ἐλέγετο, ἢ ὡς ἐκ γένους βασιλικοῦ, ἢ ὡς ἀξίωμά τι κεκτημένος, ἀφ' οὗπερ ἐκαλεῖτο βασιλικὸς, ἢ ὡς ὑπηρέτης βασιλικός. τινὲς μὲν οὖν φασὶν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ ματθαίῳ g) καὶ τῷ λουκᾷ μνημονευόμενος ἑκατόνταρχος· οὐκ ἔστι δέ. καὶ γὰρ, ἵνα τὰς ἄλλας ἐάσωμεν διαφορὰς αὐτῶν, ἐκεῖνος μὲν ἑκατόνταρχος· οὗτος δὲ βασιλικός· κἀκείνου μὲν δοῦλος ἠσθένει· τούτου δὲ υἱός· καὶ ἐκεῖ μὲν ἡ νόσος παράλυσις· ἐνταῦθα δὲ πυρετός.

g) Matth. 8, 5. Luc. 7, 2.

Vers. 47. Οὗτος — ἀποθνήσκειν. Ἠρώτα, ἤτοι παρεκάλει.

Verſ. 48. *Ait — credetis.* Non interrogatiue, ſed affirmatiue legendum. Nam hoc dixit generaliter quidem deprimendo Iudaeos cum Samaritanis collatos: quod illi absque ſignis et prodigiis crediдiſſent: particularius autem Regium obiurgando: etſi enim fidei erat, quod abiiſſet et deprecatus eſſet, ac vrgeret eum. Siquidem euangeliſta quoque ait, quod quum dixiſſet Ieſus, Vade filius tuus viuit, credidit homo ſermoni, quem dixerat ei: nondum tamen recte credebat: et hoc manifeſtum eſt, eo quod interrogauerit, quando aegrotantem reliquiſſet febris: volebat namque diſcere, vtrum caſu, an Chriſti iuſſu, hoc factum eſſet.

Verſ. 49. *Dicit — v. 50. ibat.* Deſcende, inquit, priusquam moriatur: exiſtimabat enim, quod poſt mortem eum reſuſcitare non poſſet.

Verſ. 51. *Iam — v. 52. habuiſſet.* Quanquam κομψὸς dicatur ſcitus, induſtrius aut eloquens: hic tamen comparatiuum κομψότερον ſignificat facilius, leuius, tolerabilius.

Verſ. 52. *Et — febris.* Nam procul a Cana erat Capernaum: itaque non potuerunt eodem die perferre nuntium de ſalute filii eius.

Verſ. 53. *Cognouit — viuit.* Quod in illa hora, puta, reliquerat eum febris.

Verſ. 53. *Et — tota.* Nunc perfecte credidit, vbi ſanatus eſt filius ipſius. Merito ergo obiurgauit eum Chriſtus, qui cor illius nouerat, dicens: Niſi ſigna et prodigia videritis, nequaquam credetis.

Signa

9) Non eſt ſollicitandum hoc vocabulum, etſi Heutenius reddiderit, *tolerabilius.* Nam [illegible] recen-

Verſ. 48. Εἶπεν — πιστεύσητε. Οὐ κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον, ἀλλὰ κατὰ ἀπόφασιν. ἔστι γὰρ τοῦτο κοινῶς μὲν, τῶν συμπαρεστώτων ὑποβιβάζων τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἐκείνων πιστευσάντων δίχα σημείων καὶ τεράτων· ἰδιαίτερον δὲ, τοῦ βασιλικοῦ καθαπτόμενος. εἰ γὰρ καὶ πίστεως ἦν, τὸ ἀπελθεῖν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ ἐπείγειν αὐτόν· καὶ γὰρ καὶ ὁ εὐαγγελιστής φησιν· ὅτι[h]) εἰπόντος h) Io. 4. 50. τοῦ ἰησοῦ· πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ· ἐπίστευσε τῷ λόγῳ αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ οὐχ ὑγιῶς ἐπίστευσε. καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, πότε ἀφῆκε τὸν νοσοῦντα ὁ πυρετός. ἐβούλετο γὰρ μαθεῖν, εἴτε αὐτομάτως, εἴτε κατ' ἐπιταγὴν τοῦ χριστοῦ τοῦτο γέγονε.

Verſ. 49. Λέγει — v. 50. ἐπορεύετο. Κατάβηθι, φησι, πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου· προσεδόκα γὰρ, ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν, οὐ δύναται ἀναστῆσαι αὐτό.

Verſ. 51. Ἤδη — v. 52. ἔσχε. Κομψότερον ἐνταῦθα λέγει, τὸ ῥαΐτερον, τὸ κουφότερον, τὸ [9]) ἐλευθεριώτερον.

Verſ. 52. Καὶ — πυρετός. Πόῤῥω γὰρ τῆς κανὰ ἡ καπερναοὺμ ἦν, ὥστε μὴ δυνηθῆναι αὐτοὺς ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ κομίσαι τὰ εὐαγγέλια τῆς ζωῆς τοῦ παιδίου.

Verſ. 53. Ἔγνω — ζῇ. Ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, δηλονότι ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

Verſ. 53. Καὶ — ὅλη. Νῦν ἐπίστευσεν ὑγιῶς, μετὰ τὸ ὑγιάναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καλῶς οὖν καθήψατο αὐτοῦ, ὁ τὴν καρδίαν αὐτοῦ γινώσκων χριστὸς, εἰπών· ὅτι[i]) ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα i) Io. 4. 48. ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

reuerendiores etiam vſurpant de conualeſcentibus.

Signa quidem proprie sunt, quae secundum naturam fiunt, vt sanare aegrotum: prodigia vero, quae supra naturam, vt viuificare mortuos, visum praestare caecis, quanquam abusiue etiam dicantur ediuerso.

Vers. 54. *Hoc — Galilaeam.* Et prius quum dixisset, Venit rursum Iesus in Cana Galilaeae, vbi fecerat ex aqua vinum, non frustra miraculi fecit mentionem: sed vt ostenderet, quod etiam facto illo signo Samaritanis inferiores in fide inuenti sunt. Et nunc quoque dicens, Hoc iterum secundum signum edidit Iesus, similiter carpit illos, quia etiam secundo signo viso, non potuerunt ad mensuram peruenire fidei Samaritanorum, qui nullum viderant.

Hoc autem dixit secundum, non quod post primum nullum aliud ediderit in tota Palaestina, sed quod post primum, hoc secundum in Cana factum sit.

Cap. V. v. 1. *Post — Iudaeorum.*

Pentecosté.

Vers. 1. *Et — Ierosolyma.* Continue in festis ad hanc ciuitatem ventitabat: partim quidem, vt cum caeteris festum celebraret secundum legem: partim vero, vt simplicium multitudinem attraheret. Nam in festis ex omni plebe confluebant.

Vers. 2. *Est — Bethesda.* Est Ierosolymis piscina in loci situ, qui dicitur Probatica: aut simpliciter ita dicto iuxta veterum traditionem, aut vt quidam dicunt, quod oues (quae Graecis πρόβατα

¹) οἱ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ.
²) ἀφικέσθαι. A. male. Forte tamen ita reperit interpres.

κυρίως ἐν σημεῖα μέν εἰσι, τὰ κατὰ φύσιν, ὡς τὸ ὑγιάζειν νοσοῦντας· τέρατα δὲ, τὰ ὑπὲρ φύσιν, ὡς τὸ ζωοποιεῖν νεκροὺς καὶ ὀμματοῦν τυφλούς. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ τοὐναντίον.

Verſ. 54. Τοῦτο — γαλιλαίαν. Καὶ πρότερον εἰπὼν ὅτι ἦλθε[k]) πάλιν ὁ ἰησοῦς εἰς τὴν κανὰ τῆς γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον· ἐ μάτην ἀνέμνησε τᾶ θαύματος, ἀλλ' ἐμφαίνων, ὅτι καὶ τούτου γεγονότος, ἐλάττες[1]) τῶν σαμαρειτῶν εἰς πίστιν ἐφάνησαν. καὶ νῦν δὲ λέγων, ὅτι τᾶτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς ὁμοίως καθάπτεται αὐτῶν, ὅτι καὶ δεύτερον σημεῖον ἰδόντες, ἐκ ἠδυνήθησαν ἐφικέσθαι[2]) τᾶ μέτρου τῆς πίστεως τῶν οὐδὲν ἑωρακότων σαμαρειτῶν. k) Io. 4. 46.

Δεύτερον γὰρ τᾶτο εἶπεν, οὐχ ὡς μετὰ τὸ πρῶτον[3]) μηδενὸς ἑτέρου παρὰ τᾶτο γεγονότος ἐν ὅλῃ τῇ περιχωρίῳ, ἀλλ' ὅτι μετὰ τὸ πρῶτον δεύτερον τᾶτο ἐν κανᾷ γέγονε.

Cap. V. V. 1. Μετὰ — ἰεδαίων.

Η πεντηκοστή.

Verſ. 1. Καὶ — ἱεροσόλυμα. Συνεχῶς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπιχωριάζει τῇ πόλει ταύτῃ, τᾶτο μὲν, συνεορτάζων διὰ τὸν νόμον· τᾶτο δὲ, τὰ πλήθη τῶν ἀπονήρων ἐπισπώμενος. ἐν ταῖς ἑορταῖς γὰρ ἐκεῖ πανδημεὶ συνέρρεον.

Verſ. 2. Ἔστι — βηθεσδά. Ἔστιν ἐν ἱεροσολύμοις κολυμβήθρα, ἐπὶ τῇ τοποθεσίᾳ τῇ καλεμένῃ προβατικῇ. οὕτω δὲ ταύτην ὠνόμαζον ἄλλως, κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν. ἢ ὥς τινες

 λέγεσι,

3) μηδέν. B.

προβατα appellantur) olim illuc congregarentur, quae in festis erant immolandae: et harum intestina in aqua illa purgarentur.

Vers. 2. *Quinque porticus habens.* Fornices aut testudines: has autem in circuitu habebat. Sicut ergo diuina prouidentia, quae ibi operabatur, piscina fabricata erat, ita et porticus propter aegrotantes.

Vers. 3. *In* — v. 4. *morbo.* Per enumeratos morbos alii quoque significati sunt. Dicens autem, statuto tempore descendebat, docuit, quod non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus: hominibus quidem incognitis, verum frequenter, vt opinor, in anno: propter hoc siquidem in porticibus decumbebat multitudo magna languentium.

Verum caeteri sane, vtpote claudi et aridi, poterant tempus obseruare: nam videbant turbari aquam: caeci autem quomodo factam aquae turbationem cognoscebant? Habebant certe ministros, qui id obseruarent.

Illa vero piscina figura erat piscinae sacri baptismi: sicut enim illa morbos sanabat, ita et ista: sed illa quidem corporales: haec vero spirituales: illa statuto tempore, haec autem semper: illa descendente angelo, haec adueniente spiritu sancto: nam maiora sunt noua veteribus.

Cap.

4) Immo η. Vide Eustath. ad Hom. p. 1390. v. 54. edit. Rom.

λίμναι, διὰ τὸ ἐκεῖσε τὰ πρόβατα συνάγεσθαι πάλαι, τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἑορταῖς θυσιάζεσθαι, καὶ τὰ τούτων ἔγκατα ἐξ ἐκείνου τοῦ ὕδατος ἀποπλύνεσθαι.

Vers. 2. Πέντε στοὰς ἔχουσα. Στοά ἐστιν, ἡ παρ' ἡμῖν λεγομένη καμάρα, ἢ καὶ [4]) ὁ θόλος· κύκλῳ δὲ ταύτας εἶχεν. ὡς οὖν θείας δυνάμεως ἐνεργούσης ἐκεῖ, κολυμβήθρα κατεσκεύαστο, καὶ στοαί, διὰ τοὺς νοσοῦντας.

Vers. 3. Ἐν — v. 4. νοσήματι. Διὰ μὲν τῶν ἀπηριθμημένων, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα δεδήλωται. εἰπὼν δὲ, ὅτι κατὰ καιρὸν κατέβαινεν, ἐδίδαξεν, ὅτι οὐ πάντοτε τὸ θαῦμα ἐγίνετο, ἀλλὰ κατὰ καιρὸν μὲν ἄγνωστον τοῖς ἀνθρώποις· πολλάκις δὲ οἶμαι τοῦ ἐνιαυτοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς στοαῖς κατέκειτο πολὺ πλῆθος τῶν ἀσθενούντων.

Ἀλλ' οἱ μὲν χωλοὶ καὶ ξηροὶ ἠδύναντο παρατηρεῖν τὸν καιρόν. ἑώρων γὰρ ταρασσόμενον τὸ ὕδωρ· οἱ δὲ τυφλοὶ, πῶς; ἀπὸ τοῦ γινομένου θορύβου τοῦτο ἐμάνθανον. εἶχον δὲ καὶ ὑπηρέτας [5]) παρατηροῦντας.

Ἐκείνη δὲ ἡ κολυμβήθρα, τύπος ἦν τῆς κολυμβήθρας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη νόσους ἰᾶτο, οὕτω καὶ αὕτη. ἀλλ' ἐκείνη μὲν σωματικάς, αὕτη δὲ ψυχικάς. καὶ ἐκείνη μὲν κατά τινα καιρὸν, αὕτη δὲ ἀεί. κἀκείνη μὲν καταβαίνοντος ἀγγέλου, αὕτη δὲ ἐπιφοιτῶντος τοῦ ἁγίου πνεύματος. μείζονα γὰρ τῶν παλαιῶν τὰ καινά.

Κεφ.

[5]) ὑπηρετοῦντας. B.

Cap. VII. De eo, qui triginta et octo annos morbo tenebatur.

Verſ. 5. *Erat — morbo.* Morbus vero erat paralyſis. Alius tamen erat hic a paralytico, de quo apud Matthaeum fit mentio, ſicut in enarratione decimi tertii capitis illius euangelii apertiſſime ſignificatum eſt.

Verſ. 6. *Quum hunc vidiſſet — fieri?* Eum, qui multo tempore aſſiduus fuerat ac tolerantiſſimus, caeteris praeponit: tum quod miſeratione dignior eſſet, tum etiam docens, quod inter eos, qui ſuperno egent medicamine, Deum magis flectunt, qui ſunt conſtantiſſimi. Non dixit autem, Vis, vt te curem: quia erat ab arrogantia alienus, et quia is, qui morbo tenebatur ipſum nequaquam cognoſcebat: ideo etiam nec fidem ab eo requiſiuit.

Interrogat autem, non vt diſceret: ſuperuacaneum enim erat de re manifeſta diſcere: ſed vt per reſponſionem omnibus oſtendatur eius conſtantia: vide enim, quid reſpondeat.

Verſ. 7. *Reſpondit — deſcendit.* Suſpicabatur, quod hoc propterea ipſum interrogabat, vt argueret, quod prae ſegnitie fruſtraretur ſanitate: aut quod in hoc prodeſſe ſibi vellet, vt eum in piſcinam immitteret: ideo etiam reſpondet, quod ob id ſalutem non conſequeretur, quia hominem non haberet.

Dicens autem, Dum venio ego, alius ante me deſcendit, ſuam oſtendit perſeuerantiam, qua tot annis fruſtratus, adhuc tamen perſeuerabat et non deſperabat, idque non ſegnis, ſed detruſus et offenſus, nec ſic negligentior efficiebatur.

Nos

*) κατακείμενον, pro χρώμενον. A.

Κεφ. Ζ. Περὶ τοῦ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντος ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

Vers. 5. Ἦν — ἀσθενείᾳ. Πάρεσις ἦν, ἡ ἀσθένεια. ἕτερος δὲ ἐστιν οὗτος παρὰ τὸν ὑπὸ [1]) Ματθαίου μνημονευθέντα παραλυτικὸν, ὡς ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ τρισκαιδεκάτου κεφαλαίου αὐτοῦ σαφέστατα δεδήλωται.

1) Matth. 9, 2.

Vers. 6. Τοῦτον ἰδὼν — γενέσθαι; Τὸν πολυχρονίῳ προσεδρείᾳ χρώμενον [6]) καὶ καρτερικώτατον προτιμᾷ τῶν ἄλλων, τοῦτο μὲν, ὡς ἐλεεινότερον, τοῦτο δὲ καὶ διδάσκων, ὅτι τῶν δεομένων τῆς ἄνωθεν ἰατρείας, οἱ καρτερικώτατοι μᾶλλον ἐπικάμπτουσι τὸν θεόν.

Οὐκ εἶπε δὲ, θέλεις, θεραπεύσω σε, διὰ τὸ ἀκόμπαστον, καὶ διότι οὐκ ἐγνώριζε τοῦτον ὅλως ὁ ἀσθενῶν. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ πίστιν αὐτὸν ἀπῄτησεν.

Ἐρωτᾷ δὲ, οὐχ ἵνα μάθῃ· περιττὸν γὰρ περὶ προδήλου πράγματος μανθάνειν· ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἀποκρίσεως φανῇ πᾶσιν ἡ καρτερία αὐτοῦ. ὅρα γὰρ, τί ἀποκρίνεται.

Vers. 7. Ἀπεκρίθη — καταβαίνει. Ὑπώπτευσεν, ὅτι διὰ τοῦτο αὐτὸν ἠρώτησε τοῦτο, ἵνα ἐλέγξῃ, διὰ ῥαθυμίαν προϊέμενον τὴν ἴασιν, ἢ ὅτι βουλόμενος χρησιμεῦσαι πρὸς τὸ βαλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν κολυμβήθραν. διὸ καὶ ἀπολογεῖται, ὅτι παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἄνθρωπον ἀποτυγχάνει.

Εἰπὼν δὲ ὅτι ἐν ᾧ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει· ἔδειξε τὴν καρτερίαν αὐτοῦ, πῶς ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀποτυγχάνων, ἔτι παρέμενε, καὶ οὐκ ἀφίστατο, καὶ ταῦτα οὐ ῥαθυμῶν, ἀλλὰ παραγκωνιζόμενός τε καὶ ἐπηρεαζόμενος, καὶ οὐδὲ οὕτω ναρκῶν.

Ἡμεῖς

Nos autem breui aliquo tempore diligenter Deo adstantes, si non assequimur, quod optamus, statim omittimus ac recedimus, pigrioresque reddimur. At laboriosum est, inquies, continue orare. Et quae virtus non est laboriosa? Verum sicut laborem habet, ita et lucrum adfert.

Vers. 8. *Ait — ambula.* Non solum erigit, sed et grabbatum tollere iubet, vt miraculum esse credatur, et non appareat phantasia aliqua. Nisi enim membra firmiter compacta forent, nequaquam grabbatum ferre possent.

Hoc autem pluries fecit, eorum, qui impudentes esse vellent, ora obstruens. Nam et in paralytico, de quo apud Matthaeum, similiter fecit: et in panibus eadem de causa, vt plurima fragmenta relinquerentur, ordinauit: et ei, qui a lepra mundatus est, iussit, vt se sacerdoti ostenderet: et quum ex aqua vinum fecisset, praecepit, vt haurirent, ferrentque architriclino: et quum mortuam suscitasset, praecepit, vt darent illi, quod ederet: insensatis suadens per omnia huiusmodi, se non esse impostorem, sed verum saluatorem communis hominum naturae.

Vers. 9. *Et — ambulabat.* Simul et audiuit, et sanitatem sentiens erectus est: itaque nullius habita ratione, tulit lectum suum et ambulabat.

Vers. 9. *Erat — v. 11. ambula.* Vide libertatem: neque enim solum non obediuit illis, sed et beneficii autorem praedicauit, ac omnibus praestantiorem demonstrauit dicens: Ipse mihi dixit, ipsi obediui: siquidem eum, qui me sanum fecit, maiorem cunctis ducere decreui.

Vers. 12.

Ἡμεῖς δὲ βραχύν τινα καιρὸν προσεδρεύοντες τῷ θεῷ σπουδαίως, ἐὰν μὴ τύχωμεν, ὀκνοῦμεν λοιπὸν, καὶ ἀποφοιτῶμεν, καὶ ἀναπίπτομεν. ἀλλ' ἐπίπονόν, φησιν, ἡ διηνεκὴς προσευχή· καὶ ποία ἀρετὴ οὐκ ἐπίπονος; διότι δὲ ἐπίπονος, διὰ τοῦτο καὶ ἐπικερδής.

Vers. 8. Λέγει — περιπάτει. Οὐ μόνον ἀνίστησιν, ἀλλὰ καὶ τὸν κράββατον ἆραι κελεύει, ἵνα πιστωθῇ τὸ θαῦμα, καὶ μὴ δόξῃ φαντασία τις. εἰ γὰρ μὴ συνεπάγη τὰ μέλη βεβαίως, οὐκ ἂν τὸν κράββατον ἠδύνατο φέρειν.

Τοῦτο δὲ πολλαχοῦ πεποίηκεν, ἐπιστομίζων τοὺς ἀναισχυντεῖν βουλομένους. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρὰ τῷ ματθαίῳ παραλύτου, ὁμοίως m) πεποίηκε· καὶ ἐπὶ τῶν ἄρτων, διὰ τοῦτο λείψανα πολλὰ παρεσκεύασεν n) ὑπολειφθῆναι· καὶ τῷ καθαρισθέντι λεπρῷ προσέταξε, o) δεῖξαι ἑαυτὸν τῷ ἱερεῖ· καὶ τὸ ὕδωρ οἶνον ποιήσας, εἶπεν ἀντλῆσαι p) καὶ ἐνεγκεῖν τῷ ἀρχιτρικλίνῳ· καὶ νεκρὸν ἀναστήσας, ἐνετείλατο δοῦναι q) αὐτῷ φαγεῖν· διὰ τῶν τοιούτων πάντων πείθων τοὺς ἀνοήτους, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπατεὼν, ἀλλὰ σωτὴρ ἀληθὴς τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως.

m) Matth. 9, 6.
n) Matt. 14, 20.
o) Matth. 8, 4.
p) Io. 2, 8.
q) Luc. 8, 55.

Vers. 9. Καὶ — περιεπάτει. Ἅμα τὸ ἤκουσε, καὶ ἅμα τῆς ὑγείας αἰσθόμενος, ἠγέρθη καὶ λοιπὸν μηδὲν ὑπολογισάμενος, ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει.

Vers. 9. Ἦν — v. 11. περιπάτει. Ὅρα παῤῥησίαν. οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἐπείσθη τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐεργέτην ἀνεκήρυξε, καὶ προτιμότερον πάντων ἀπέφηνε, λέγων· ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐκείνῳ πείθομαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνός με ἰασάμενος, ἐκεῖνον μείζονα πάντων νομίζειν παρεσκεύασεν.

Vers. 12.

Vers. 12. *Interrogauerunt* — v. 13. *loco.* Simul vt hominem sanauerat, subduxerat se propter turbam; partim quidem fugitans laudem aequorum, partim vero inuidiam amputans iniquorum. Solet enim frequenter solus eius conspectus, cui quis inuidet, multam infundere flammam irae.

Vers. 14. *Posthaec* — *contingat.* Quum iam et miraculi rumor defecisset et tumor Iudaeorum, occurrit ei, qui sanatus fuerat, volens animam quoque illius meliorem reddere, reperit eum non in otio et segnitie, sed in templo, orantem, vt opinor, ac Deo gratias agentem: et admonet illum, ne deinceps peccet, ostendens, quod propter peccata aegrotabat. Minatur autem grauius puniendum, si peccauerit: docens eos, qui post poenam peccati rursus delinquunt, atrocius puniendos, tanquam insensatos ac contemtores, siue in praesenti vita, siue in futura, siue in vtraque.

Quod si peccatorum supplicium durauit hic triginta et octo annos, quidnam poterit quispiam dicere de futuro supplicio? vtique, quod aeternum erit ac fine carens. Neque tamen omnes morbi a peccatis oriuntur, neque omnes peccatores aegrotant. Paralyticus quoque, de quo apud Matthaeum fit mentio, propter peccatum aegrotabat: ideo etiam dixit illi, Remissa sunt tibi peccata tua. Per tales autem admonet omnes: eos quidem, qui nondum aegrotauerunt, vt timeant, ne morbo corripiantur, et ita corrigantur: eos vero, qui iam morbo subiacuerunt, vt timeant, ne deterius aegrotent, et deinceps cautius viuant.

Quisque

7) ἑαυτοῦ. B.

Vers. 12. Ἠρώτησαν — v. 13. τόπῳ. Ἅμα τῷ θεραπεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐξένευσε διὰ τὸν ὄχλον, τοῦτο μὲν, φεύγων τὸν παρὰ τῶν ἀγνωμονεστέρων ἔπαινον· τοῦτο δὲ, περικόπτων τὸν παρὰ τῶν ἀγνωμονεστέρων φθόνον. εἴωθε γὰρ πολλάκις ὄψις μόνον τοῦ φθονουμένου, πολλὴν ἐκκαῦσαι φλόγα.

Vers. 14. Μετὰ ταῦτα — γένηται. Παρακμάσαντος ἤδη καὶ τοῦ θαύματος, καὶ τοῦ θυμοῦ τῶν ἰουδαίων, ἐντυγχάνει λοιπὸν τῷ θεραπευθέντι, θέλων βελτιῶσαι καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. εὑρίσκει δὲ αὐτὸν, οὐκ ἐν ἀνέσει καὶ ῥαθυμίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ, προσευχόμενον, οἶμαι, καὶ εὐχαριστήρια τῷ θεῷ ἀποδιδόντα. καὶ παραινεῖ μὲν, μηκέτι ἁμαρτάνειν, δεικνύων ὅτι ἐξ ἁμαρτιῶν ἐνόσει· ἀπειλεῖ δὲ, εἰ πάλιν ἁμαρτήσει, χείρονα κόλασιν, διδάσκων, ὡς οἱ μετὰ τὴν ἐξ ἁμαρτίας τιμωρίαν πάλιν ἁμαρτάνοντες, χαλεπώτερον τιμωρηθήσονται, ὡς ἀναίσθητοι καὶ καταφρονηταί, εἴτε ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, εἴτε ἐν τῇ μελλούσῃ, εἴτε καὶ ἐν ἀμφοτέραις.

Εἰ δὲ ἐνταῦθα κόλασις ἁμαρτιῶν παρετάθη εἰς τριακονταοκτὼ ἔτη, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς ἐκεῖ κολάσεως; ὄντως γὰρ ἀτελεύτητός ἐστι καὶ αἰώνιος. οὔτε δὲ πᾶσαι αἱ νόσοι ἐξ ἁμαρτιῶν τίκτονται, οὔτε πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες νοσοῦσι. καὶ ὁ μνημονευόμενος δὲ ὑπὸ ματθαίου παραλυτικὸς, ἐξ ἁμαρτιῶν ἐνόσει, καθὼς ἐκεῖ διείληπται· διὸ καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἴρηκεν, ἀφέωνταί σοι,[r] αἱ ἁμαρτίαι σου. διὰ τῶν τοιούτων δὲ παραγγέλλει πᾶσι, τοῖς μὲν μήπω νοσήσασι, φοβεῖσθαι, μὴ νοσήσωσι, καὶ διορθοῦσθαι· τοῖς δὲ ἤδη νοσήσασι, φοβεῖσθαι, μὴ νοσήσωσι χεῖρον, καὶ ἀσφαλίζεσθαι πρὸς τὸ μέλλον.

r) Matth. 9, 2.

Quisque ergo nostrum, si iam aegrotauit, dicat apud sese, Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat. Quod si nondum morbo detentus est, apostolicum oraculum apud se decantet, Bonitas Dei ad poenitentiam te inuitat, sed iuxta duritiem tuam et cor impoenitens, iram tibi recondis. Non solum autem corporis membra adstringens suam ostendit diuinitatem, etiam dicens, Non pecces deinceps: siquidem omnia se nosse significauit, quantumuis etiam arcana.

Vers. 15. *Abiit — sanum.* Abiit et nuntiauit: non tanquam iniquus, vt proderet, sed tanquam gratus, vt benefactorem diuulgaret: nam beneficium ac minae sufficiebant, vt eum in officio continerent: nec his tantum alligatus erat, verum etiam timebat, ne quid deterius pateretur. Praesertim quod si eum prodere voluisset, nequaquam dixisset, quod Iesus esset, qui se sanasset: sed quod Iesus esset, qui dixisset ei, Tolle grabbatum tuum et ambula. Ipse ergo, quia crimen incurrere se putabat, si tacuisset, beneficium praedicauit. Gratus itaque ac libere loquens censendus est hic homo, omnique carens accusatione.

Vers. 16. *Ac — Sabbatho.* Quantum ad id, quod apparebat, propter hoc: quantum vero ad id, quod occultum erat, propter inuidiam.

Vers. 17. *Iesus autem — operor.* Vtrinque seipsum Deo aequalem esse ostendit: et dicens Deum patrem suum, et dicens, se operari sicut

illum:

Καὶ ἡμῶν οὖν ἕκαστος, εἰ μὲν ἤδη νενόσηκε, λεγέτω πρὸς ἑαυτόν· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται· εἰ δὲ οὔπω νενόσηκεν, ἐπᾳδέτω ἑαυτῷ τὸ ἀποστολικὸν λόγιον· ὅτι τὸ[s]) χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. οὐ μόνον δὲ τῷ σφίγξαι τὸ σῶμα παρέσχεν αὐτῷ τῆς οἰκείας θεότητος ἀπόδειξιν, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν μηκέτι ἁμάρτανε. καὶ γὰρ ἐδήλωσεν, ὅτι πάντα οἶδε, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα. s) Rom. 2, 4. 5.

Vers. 15. Ἀπῆλθεν — ὑγιῆ. Ἀπῆλθε καὶ ἀνήγγειλεν, οὐχ ὡς ἀγνώμων, ἵνα προδώσει, ἀλλ' ὡς εὐγνώμων, ἵνα ἀνακηρύξῃ τὸν εὐεργέτην. ἱκανὴ γὰρ καὶ ἡ εὐεργεσία καὶ ἡ ἀπειλὴ ἐπισχεῖν αὐτόν. καὶ οὐ μόνον ᾐδέσθη ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐφοβήθη, μήτι χεῖρον πάθῃ, μεγίστην λαβὼν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ εὐεργέτου δυνάμεως. ἄλλως τε καὶ, εἰ προδοῦναι τοῦτον ἐβούλετο, οὐκ ἂν εἶπεν· ὅτι ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας με ὑγιῆ· ἀλλ' ὅτι ἰησοῦς ἐστιν, ὁ εἰπών μοι, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. οἱ γὰρ ἰουδαῖοι μαθεῖν ἐζήτουν, οὐ τίς ἐποίησεν αὐτὸν ὑγιῆ, ἀλλὰ τίς ὁ εἰπὼν αὐτῷ, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. οὗτος δὲ, τὸ δοκοῦν ἔγκλημα σιγήσας, τὴν εὐεργεσίαν ἐδημοσίευσεν. εὐγνώμων οὖν, καὶ πεπαῤῥησιασμένος ὁ ἄνθρωπος οὗτος, καὶ μέμψεως ἁπάσης ἐκτός.

Vers. 16. Καὶ — σαββάτῳ. Τῷ φαινομένῳ μὲν, διὰ τοῦτο· τῷ κεκρυμμένῳ δὲ, διὰ τὸν φθόνον.

Vers. 17. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἐργάζομαι. Ἔδειξεν[t]) ἑαυτὸν ἴσον τῷ θεῷ ἑκατέρωθεν, ἀπὸ τε τοῦ εἰπεῖν, πατέρα ἴδιον τὸν θεὸν, καὶ ἀπὸ

 τοῦ

t) αὐτόν. A.

illum: ne deinceps tanquam puro homini auscultarent ei, sed tanquam Deo. Itaque, quod dicitur, Ad hoc vsque temporis, continuitatem operationis significat.

Quum autem duplex intelligatur Dei operatio: vna siquidem significat naturarum ab exordio creationem, altera autem post illam, gubernationem ac prouidentiam, earumque conseruationem. Primo quidem significato, cessauit die septimo ab omnibus operibus suis: secundo vero semper operatur, creaturam gubernans, prouidens ac conseruans illam. Nec vetat vlla lex legislatorem semper operari creaturarum suarum salutem.

Obserua autem, quod de Sabbathi solutione variis locis accusatus, interdum quidem tanquam Deus respondet, prout nunc: quandoque vero, tanquam homo: volebat namque, vt crederetur vtrumque, puta et sua diuinitas et incarnatio.

†) Sancti Maximi: Deus cum semel, vti ipse nouit, rerum conditarum rationes et naturas rerum in vniuersum constituisset, adhuc operatur, non tantum istarum rerum perdurationem, sed et efficacem creationem et propagationem partium, quae ista praedita sunt facultate. In materia enim, hoc est, in vniuersa rerum essentia, facultatem habent partes per partes ex ista materia factae, quarum generationem deus semper operatur. Praeterea etiam operatur partium ad totum conformationem, hoc est, coniunctionem omnium hominum, secundum vnam mentis ad bonum motionem, ad naturae rationem, vt fiat, sicut vna et eadem

9) πάντων, addit. A.

†) Haec vterque Codex in margine habet. Hentenius non agnoscit. Videtur autem plura huiusmodi scholia Maximi propter difficultatem et obscuritatem in interpretatione praetermisisse.

τοῦ εἰπεῖν, ἐργάζεσθαι, καθὼς ἐκεῖνος, ἵνα μηκέτι, ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ, τούτῳ προσέχωσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς θεῷ. τὸ μὲν οὖν ἕως ἄρτι, τὸ διηνεκὲς τῆς ἐργασίας δηλοῖ.

Διττῆς δὲ νοουμένης ἐπὶ θεοῦ τῆς ἐργασίας· ἡ μὲν γὰρ σημαίνει, τὴν κατ᾽ ἀρχὰς δημιουργίαν τῶν φύσεων· ἡ δὲ, τὴν μετ᾽ ἐκείνην οἰκονομίαν καὶ πρόνοιαν καὶ συντήρησιν αὐτῶν· κατὰ μὲν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ y) τῶν ἔργων αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἀεὶ ἐργάζεται, οἰκονομῶν τὴν κτίσιν καὶ προνοούμενος καὶ συνέχων αὐτήν, καὶ νόμος οὐδεὶς κωλύει τὸν νομοθέτην ἐργάζεσθαι πάντοτε τὴν σωτηρίαν τῶν κτισμάτων αὐτοῦ.

Παρατήρησον δὲ, ὅτι διαφόρως περὶ τῆς τοῦ σαββάτου λύσεως ἐγκαλούμενος, ποτὲ μὲν, θεοπρεπῶς ἀπολογεῖται, καθάπερ καὶ νῦν· ποτὲ δὲ, ἀνθρωποπρεπῶς. ἐβούλετο γὰρ ἀμφότερα πιστεύεσθαι, καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν.

[Τοῦ ἁγίου x) μαξίμου· τοὺς μὲν πρώτους τῶν γεγονότων λόγους ὁ θεὸς, καὶ τὰς καθόλου τῶν ὄντων οὐσίας, ἅπαξ, ὡς οἶδε, συμπληρώσας, ἔτι ἐργάζεται, οὐ μόνον τὴν τούτων αὐτῶν πρὸς τὸ εἶναι συντήρησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ᾽ ἐνέργειαν δημιουργίαν τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμει μερῶν. ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ, τουτέστι, τῇ καθόλου τῶν ὄντων οὐσίᾳ, δυνάμει ὑπάρχουσι τὰ κατὰ μέρος, ἐκ τῆς ὕλης z) γινόμενα μερικὰ, ὧν τὴν γένεσιν ἀεὶ ὁ θεὸς ἐργάζεται. ἔτι μὴν ἐργάζεται καὶ τὴν πρὸς τὰ καθόλου τῶν μερικῶν ἐξομοίωσιν, λέγω δὴ, τὴν πάντων ἀνθρώπων, κατὰ μίαν τῆς γνώμης ἐπὶ τὰ καλὰ κίνησιν, πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως ἕνωσιν, ἵνα γένηται πάντων, ὥσπερ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις,

z) γινόμενα. A.

eadem natura, ita et vna sententia, consentiens et eodem directa, omnibus et deo et sibi inuicem iunctis, per diuinam prouidentiam.

Vers. 18. *Propter hoc — deo.* Dicens enim, Pater meus, legitimum se ostendebat: legitimus autem filius aequalis est patri, quoad substantiam et naturam.

Vers. 19. *Respondit — facientem.* Quia sublimia de seipso dicens persequutionem sustinebat, quod illi ad eorum, quae dicebantur, celsitudinem peruenire non possent, sed tanquam Deo contrarium eum persequerentur, condescendit imbecillitati mentis illorum, et humilia dispensatiue de se loquitur, vt per haec facile susciperentur: deinde rursus ad sublimia sermonem reducit, et iterum hunc ad humilia demittit: rursumque ad id, quod sublimius est, denuo ad id, quod humilius: et ita per sublimia simul et humilia verba, tum aequalitatem demonstrantia, tum minoritatem demonstrare apparentia, suum texit sermonem, atque hunc iudicio dispensat, vt et qui mente sunt acutiores ac benigni, sumant a sublimibus intellectum conuenientem etiam de humilibus: et qui obtusiores sunt aut insulsi, ab humilibus consolationem accipiant, et quasi de homine haec intelligentes, non turbentur.

Veruntamen quanquam verba sint humilia, hoc etiam modo sub his excelsae occultantur sententiae: et verbis quidem causam tradere videtur aduersariis, sensibus vero nequaquam. Quid ergo nunc dicit? Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: his quidem, qui sunt intellectu crassiores, potentiae minorationem prae se fert hic sermo, propter dictam dispensationem: subtilibus autem aequalitatem potius

εις, ὅτω καὶ γνώμη μία, σύμφωνός τε καὶ ταυτοκίνητος, θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις συναφθέντων διὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ.]

Verſ. 18. Διὰ τοῦτο — θεῷ. Λέγων γὰρ, ὅτι ὁ πατήρ μου, τὸ γνήσιον ἐνέφαινεν· ὁ δὲ γνήσιος υἱὸς, ἴσος τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν.

Verſ. 19. Ἀπεκρίνατο — ποιοῦντα. Ἐπειδήπερ, ὑψηλὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ἐδιώκετο, μὴ δυναμένων ἐκείνων ἐφικέσθαι τοῦ ὕψους τῶν λεγομένων, ἀλλ' ὡς ἀντίθεον αὐτὸν διωκόντων, συγκαταβαίνει τῇ ἀσθενείᾳ τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ ταπεινὰ φθέγγεται κατ' οἰκονομίαν, ἵνα εὐπαράδεκτος αὐτοῖς γένηται. εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τὸν λόγον ἀνάγει, καὶ αὖθις ἐπὶ τὰ ταπεινὰ τοῦτον κατάγει· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον, καὶ αὖθις ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· καὶ οὕτω δι' ὑψηλῶν ὁμοῦ καὶ ταπεινῶν ῥημάτων, τῶν μὲν ἰσότητα ἐμφαινόντων, τῶν δὲ ἐλάττωσιν ἐμφαίνειν δοκούντων, ὑφαίνει τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ οἰκονομεῖ τοῦτον ἐν[3]) κρίσει, ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους τὴν διάνοιαν καὶ εὐγνώμονας, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν, καὶ περὶ τῶν ταπεινῶν τὴν προσήκουσαν ἔννοιαν λαμβάνειν· τοὺς δὲ ἀμβλυτέρους καὶ ἀγνώμονας, ἀπὸ τῶν ταπεινῶν παραμυθεῖσθαι, καὶ ὡς περὶ ἀνθρώπου ταῦτα νοοῦντας, μὴ ταράττεσθαι.

Πλὴν, εἰ καὶ ταπεινὰ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ καὶ οὕτως ὑψηλὰ τὰ ὑποκεκρυμμένα[4]) τούτοις νοήματα· καὶ ταῖς μὲν λέξεσι καθυφίησι· τοῖς δὲ νοήμασιν, οὐδαμῶς. τί οὖν φησι νῦν; οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. τοῖς μὲν παχύτερον νοοῦσιν, ἐλάττωσιν δυνάμεως ὁ λόγος προφαίνει, διὰ τὴν [illegible] οἰκονομίαν· τοῖς δὲ λεπτότερον, ἰσότη- [illegible] τα

3) [illegible] εὐλόγως.
4) [illegible]ρυμμένα. B.

tius et identitatem, propter veritatem. Non potest enim, non ob potentiae defectum, sed propter inseparabilitatem: nam impossibile est, filium quicquam facere, quod non facit pater: quia non est alia filio potentia ab ea, quae patris est, sed eadem: quod si eadem est, aequalis certe filius est patri.

Ait autem Gregorius Theologus, quod earundem rerum formas intelligentes praebet pater, filius vero perficit, non tanquam seruus aut insipiens, sed tanquam dominus ac prudens, et vt magis proprie dicatur, modo paterno, siue iuxta patris dominium ac scientiam.

Propter praedicta ergo dictum est, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem. Quod si non propter haec, quomodo potentia non potest? aut quomodo sapientiae est opus praeceptore? quomodo etiam omnia per ipsum facta sunt? siue quo pacto etiam hominibus non erit imbecillior, qui multa a seipsis faciunt? Nam et virtutem a nobisipsis eligimus et vitium. Multa quoque variis ex locis consequentur absurda.

De praedicto sane verbo subtilius disputauit Gregorius Theologus sexto secundi libri capite.

Vers. 19. *Quaecunque — facit.* Rursum ab humilibus transit ad sublimia, vt praedictum est: nam si quaecunque ille fecerit, haec filius

*) ἀνεγχείρητον. B. Vtrumque dici potest. Sed ἀνεγχείρητον est, quod quis non suscipiat, quod aliqua de caussa non euentum habeat aut factu indignum sit: ἀνεγχώρητον, quod fieri non possit. Redit ergo fere eodem. Sed probo ἀνεγχώρητον, propter proximum ἀνένδεκτον. Ita quoque Hentenius videtur reperisse. Sed male reddidit insequ.

τὸ μᾶλλον καὶ ταυτότητα, διὰ τὴν ἀλήθειαν. οὐ δύναται γὰρ, οὐ κατ' ἔλλειψιν δυνάμεως, ἀλλὰ κατὰ τὸ[5]) ἀνεγχώρητον· ἀνένδεκτον γὰρ ποιεῖν τι τὸν υἱὸν, ὧν οὐ ποιεῖ ὁ πατὴρ, διότι οὐκ ἔστι τῷ υἱῷ δύναμις ἰδία παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἡ αὐτή· εἰ δὲ ἡ αὐτὴ, ἴσος ἄρα ὁ υἱὸς τῷ πατρί.

Φησὶ δὲ ὁ θεολόγος[6]) γρηγόριος, ὅτι τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ πατὴρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ υἱὸς, οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκειότερον εἰπεῖν, πνευματικῶς, ἤτοι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπιστήμην καὶ δεσποτείαν.

Διὰ τὰ ῥηθέντα οὖν εἴρηται, τὸ οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. εἰ γὰρ μὴ διὰ ταῦτα, πῶς ἡ δύναμις οὐ δύναται, ἢ πῶς ἡ σοφία δεῖται διδασκάλου, ἢ πῶς πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ πῶς οὐ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέστερος ἔσται, τῶν πολλὰ ποιούντων ἀφ' ἑαυτῶν; καὶ γὰρ καὶ ἀρετὴν ἀφ' ἑαυτῶν αἱρούμεθα, καὶ κακίαν, καὶ πολλὰ πολλαχόθεν ἄτοπα ἐπακολουθήσει.

Περὶ μέντοι τοῦ δηλωθέντος ῥητοῦ λεπτομερέστερον διέλαβεν ὁ θεολόγος γρηγόριος ἐν τῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου.

Vers. 19. Ἃ — ποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ μετέβη πάλιν, ὡς προδεδήλωται. εἰ γὰρ, ἃ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς

separabilitatem. Minus enim probabile est, illum legisse ἀχώριστον. Οὐκ ἐγχωρεῖ, *fieri nequit*, satis notum est. Ἀνεγχώρητος autem habet Gregor. Naz. p. 215. fin. quem locum fortasse in mente habuit Euthymius. Ibi sic: οὕτως ἀδύνατον καὶ ἀνεγχώρητον ποιεῖν τι τὸν υἱὸν, ὃ οὐ ποιεῖ ὁ πατήρ. Supra ad Luc. 16, 26. est ἀνεπιχείρητος.

6) Gregor. Naz. p. 216. init.

filius similiter facit, vtique hic aequalis est illi. Praeponitur autem non vulgari modo dictio similiter, sed vt discamus, quod cum aequali scientia et dominio facit, vt praedictum est.

Vers. 20. *Pater — facit.* Iterum a sublimibus ad humilia descendit: Diligit autem filium, non solum tanquam vnigenitum, sed etiam tanquam eadem facientem, et nihil, quod pater nolit, operantem. Neque vero superius dictionem Viderit, de filio: neque hoc in loco dictionem Demonstrat, de patre, humano modo intelligere oportet, sed diuino et supernaturali. Neque enim filius videt, sicut discipulus, neque pater demonstrat, sicut praeceptor: sed hic quidem demonstrat, sicut mens, quae formas earundem rerum intelligendas praebet: ille autem videt, sicut sermo, qui ea, quae ad intelligendum data sunt, perficit: et ita eis communes sunt omnes diuinae res et causae.

Vers. 20. *Et — admiremini.* Nam quia paralytici membra confirmauerat, magnum quidem erat, quod factum erat: sed etiam mortuum excitaturus erat, et ideo ait, quod etiam maiora his demonstrabit ei opera, vt vos amplius admiremini, et ad credendum adducamini.

Vers. 21. *Sicut — viuificat.* Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nam si, vt ille, ita et hic, quos vult, viuificat, aequalis vtique potentiae filius est cum patre. Viuificare itaque sicut pater, potentiae docet aequalitatem: quod autem additur, Quos vult, autoritatis immutabilitatem. Verum si et potest, et autoritatem habet, quomodo non potest filius a se facere quicquam?

Non

τοῖς ὑμᾶς ποιεῖ; ἴσος ἄρα ἐστὶν ἐκείνῳ. τὸ δὲ ὁμοίως πρόσκειται, οὐχ ἁπλῶς; ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι μετὰ τῆς ἴσης ἐπισήμης καὶ δεσποτείας, ὡς προείρηται.

Verſ. 20. Ὁ γὰρ πατὴρ — ποιεῖ. Πάλιν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ μετεχώρησε. φιλεῖ δὲ τὸν υἱὸν, οὐ μόνον, ὡς μονογενῆ, ἀλλὰ καὶ, ὡς τὰ αὐτὰ ποιοῦντα, καὶ μηδὲν ἀθέλητον τῷ πατρὶ ἐργαζόμενον. εἴτε δὲ ἀνω, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ βλέπῃ, εἴτε ἐνταῦθα, ἐπὶ τοῦ πατρὸς, τὸ δείκνυσιν, ἀνθρωπίνως χρὴ νοεῖν, ἀλλὰ θεοπρεπῶς καὶ ὑπερφυῶς. οὔτε γὰρ ὁ υἱὸς βλέπει, ὡς μαθητὴς, οὔτε ὁ πατὴρ δείκνυσιν, ὡς διδάσκαλος· ἀλλ' ὁ μὲν δείκνυσιν, ὡς νοῦς τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαινόμενος· ὁ δὲ βλέπει, ὡς λόγος, ἐπιτελῶν τὰ ἐνσημανθέντα, καὶ οὕτω κοινὰ τούτοις πάντα τὰ θεοπρεπῆ πράγματα.

Verſ. 20. Καὶ — θαυμάζητε. Ἐπειδὴ παράλυτον ἔσφιγξε, καὶ ἦν μέγα τὸ γεγονὸς, ἔμελλε δὲ καὶ νεκρὸν ἐγείρειν, διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε μεῖζον, καὶ οὕτως ἐναχθῆτε [7]) πρὸς τὸ πιςεύειν.

Verſ. 21. Ὥσπερ — ζωοποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν μετῆλθεν αὖθις ἐπὶ τὰ ὑψηλά. εἰ γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ, ἰσοδύναμος ἄρα ὁ υἱὸς τῷ πατρί. τὸ μὲν οὖν, ὥσπερ ὁ πατὴρ ζωοποιεῖν, τῆς δυνάμεως ἐδίδαξε τὴν ἰσότητα· τὸ δὲ, οὓς θέλει, τῆς ἐξουσίας τὴν ἀπαραλλαξίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ δύναται, καὶ ἐξουσίαν ἔχει, πῶς οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν; οὐ δύναται μὲν χωρὶς τοῦ πατρὸς, διότι

7) ἐναχθῆτε. A. Vtrumque probum. Ex Henſenio nihil licet colligere.

Non potest ergo sine patre, quia vna et eadem est ipsis potentia et voluntas.

Vers. 22. *Neque* — v. 23. *patrem*. A sublimibus iterum descendit ad humilia. Et hic ergo verbum Dedit, intelligendum est prout Deum decet: talia enim, vt diximus, dispensatiue dicit: non solum curans ex hoc imbecillitatem Iudaeorum: verum etiam, vt causam videamus, et ne naturalem non esse filium suspicemur, neque in Sabellii morbum decidamus, qui eundem esse patrem et filium ac spiritum sanctum intelligit, et vnicam esse sanctae trinitatis personam insane praedicat.

Quando vero dedit iudicium filio? De hoc, quando id fuerit, res est admodum occulta: et quanquam audenter respondere oporteat, quod simul vt hic genitus est: attamen quando hic genitus est? Quando pater genitus non est.*) Non potest siquidem, non potest, inquam, inueniri temporis, aut seculi alicuius intelligentia, qua ad extremum aliquod peruenire possimus, etiamsi maxime vrgeamus.

Iudicium autem omne dedit filio, vt timentes propter hoc, honorent eum, sicut honorant patrem. Et quum Omne dixit, significauit et iudicium puniendi et iudicium honorandi, quos voluerit. Nec tamen patrem iudicandi autoritate priuauit. Nam si omnia, quae habet pater, filii sunt, praeterquam genitum non esse, manifestum est, quod etiam omnia quae habet filius, patris sunt, praeterquam esse genitum. Iudicat ergo filius, approbante quidem patre, cooperante autem et spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus eius operibus.

Verum

*) ἀγέννητος γὰρ ὁ πατήρ.

ἀντὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ τούτοις δύναμίς τε καὶ βούλησις.

Vers. 22. Οὐδὲ — v. 23. πατέρα. Ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν μετέστη πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινά. κἀνταῦθα τοίνυν τὸ δέδωκε θεοπρεπῶς νοητέον. τὰ τοιαῦτα γὰρ, καθὼς εἰρήκαμεν, οἰκονομικῶς λέγει, οὐ μόνον ἐντεῦθεν θεραπεύων τὴν ἀσθένειαν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ, ἵνα τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὸν υἱὸν ὑπολάβωμεν, μηδὲ εἰς τὴν Σαβελλίου νόσον καταπέσωμεν, τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα νοοῦντος, καὶ ἓν πρόσωπον τὴν ἁγίαν τριάδα δογματίζοντος ἀνοήτως.

Πότε δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ; ὑπὲρ τὸ πότε, ἡ ἀπόκρισις. εἰ δὲ χρή τι καὶ τολμηρῶς ἀποκριθῆναι, ἅμα τῷ τοῦτον γεγεννῆσθαι. πότε δὲ οὗτος γεγέννηται; ὅτε ὁ πατὴρ οὐ γεγέννηται. οὐκ ἔστι γὰρ, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἔννοιάν τινα χρόνου ἢ αἰῶνος, καθ' ἣν ἐφικέσθαι τινὸς ἄκρου δυνηθείημεν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα βιαζοίμεθα.

Τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα διὰ τοῦτο φοβούμενοι, τιμῶσιν αὐτὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. πᾶσαν δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ἅμα τήν τε τοῦ κολάζειν, καὶ τὴν τοῦ τιμᾶν, οὓς ἂν ἐθέλῃ. οὐ μὴν ἐξέβαλε τὸν πατέρα τῆς ἐξουσίας τοῦ κρίνειν. εἰ γὰρ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστι, πλὴν ἀγεννησίας,[*]) πρόδηλον, ὅτι καὶ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς, τοῦ πατρός ἐστι, πλὴν[*]) γεννήσεως, κρινεῖ τοίνυν ὁ υἱὸς, εὐδοκοῦντος μὲν τοῦ πατρὸς, συνεργοῦντος δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὥσπερ ἄρα νοοῦμεν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῦ τῶν ἔργων.

Χρὴ

*) γεννητὸς γὰρ ὁ υἱός.

Verum scire oportet, quod dictiones sic, sicut et similes, in increata quidem trinitate aequalitatem significant, in creatis vero saepius etiam similitudinem, ac partialem quandam assimilationem. Quare autem dedit iudicium filio? Quia hic hominem formauit, perditumque reformauit, ac salutaria dedit praecepta: et vt, qui homo factus est, homines iudicaret: non solum, tanquam Deus, qui hominum nouit naturam, verum etiam, vt homo, qui in ea forma tentatus est. Et quare filius formauit hominem? Quia ipse est sapientia, verbum et potentia patris. Et quare filius et non pater, nec spiritus sanctus humanitatem assumsit? Quia oportebat, vt qui in supernis filius erat, maneret etiam in infernis filius, ne duo essent filii: et quia oportebat etiam creatorem renouare confractam suam creaturam: et quia opus erat, vt rationale per rationem siue verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus: et quia decebat per immutabilem patris imaginem, eum, qui ad Dei imaginem factus fuerat, eamque mutauerat, ad pristinam reparari dignitatem, vt ita conuenienti modo omnia fierent.

Verum si eum honorauerimus, sicut honoramus et patrem, omnino etiam patrem hunc appellabimus? Nequaquam, sed filium eum scientes, patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus: honorabimus tamen, sicut patrem: nam de honore sermo est, non de appellatione. Abusiue vero et hunc patrem vocamus, tanquam creatorem et procuratorem ac magistrum nostrum.

Vidisti sapientissimam et admirabilem contexturam sublimium humiliumque verborum: vt et de

[1]) καὶ, interponit. A.
[2]) τιμήσομεν. B.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ ὥσπερ, καὶ τὸ καθὼς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ μὲν τῆς ἀκτίστου τριάδος, τὴν ἰσότητα δηλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῶν κτιστῶν πολλάκις, καὶ εἰκασίαν, καὶ ὁμοιότητά τινα μερικήν. διατί δὲ 1) τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ; διότι οὗτος τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε, καὶ φθαρέντα ἀνέπλασε, καὶ τὰς σωτηρίους ἐντολὰς ἔδωκε, καὶ ὅτι ἐνανθρωπήσας, κρίνῃ τοὺς ἀνθρώπους, μὴ μόνον ὡς θεὸς, εἰδὼς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος, πεπειραμένος αὐτῆς. καὶ διατί ἔπλασεν ὁ υἱὸς τὸν ἄνθρωπον; διότι οὗτός ἐστι σοφία καὶ λόγος καὶ δύναμις τοῦ πατρός. καὶ διατί ὁ υἱὸς, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ πατὴρ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνηνθρώπησε; διότι ἔδει τὸν ἄνω υἱὸν, μένειν καὶ κάτω υἱὸν, ἵνα μὴ δύο ὦσιν υἱοί, καὶ διότι ἔδει τὸν δημιουργὸν, ἀνακαινίσαι τὸ συντριβὲν αὐτοῦ δημιούργημα, καὶ διότι ἔδει τὸν κόσμον, διὰ τοῦ λόγου ἐλευθερωθῆναι τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν, καὶ διότι πρέπον ἦν διὰ τῆς ἀπαραλλάκτου εἰκόνος τοῦ πατρὸς, τὸν κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ πεποιημένον καὶ παραλλάξαντα αὐτὴν, εἰς τὸ πρότερον ἐπαναχθῆναι ἀξίωμα, καὶ οὕτω καταλλήλως πάντα γενέσθαι.

Εἰ οὖν τιμήσωμεν 2) αὐτὸν, καθὼς τιμῶμεν τὸν πατέρα, πάντως καὶ πατέρα τοῦτον προσηγορεύσομεν; 3) οὐδαμῶς. ἀλλ᾽ υἱὸν αὐτὸν εἰδότες, πατέρα μὲν οὐκ ὀνομάσομεν, ἵνα μὴ συγχέωμεν τὰς ἰδιότητας· ὡς τὸν πατέρα δὲ τιμήσομεν 4) ἐπεὶ γὰρ τιμῆς ὁ λόγος, οὐ περὶ προσηγορίας. καταχρηστικῶς δὲ, καὶ πατέρα τοῦτον καλοῦμεν, ὡς ποιητὴν καὶ ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον ἡμῶν.

Ἴδε τὴν σοφωτάτην καὶ θαυμασίαν πλοκὴν τῶν ὑψηλῶν ἅμα καὶ ταπεινῶν ῥημάτων· ὥστε καὶ

τοῖς

3) προσαγορεύσωμεν. A.
4) τιμήσωμεν. A.

de his, quae tunc facta sunt, sermo facile suscipiatur, et his nullo sint impedimento ea, quae postmodum fient. Nisi enim sese demittens humilia dixisset, quare etiam sublimia attexuisset. Nam qui de se magna dicere debet, quum parua loquutus fuerit, pro excusatione habet dispensationem: siquidem dispensatorie hoc facit. Quem vero parua dicere conuenit, quam ob causam magna loquitur? non enim dispensationis hoc est, sed extremae arrogantiae. Quod si etiam minor erat filius, sicut Ariani nugabantur, quare aequalem patri honorem expetebat? nec tantum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens:

Vers. 23. *Qui — illum.* Qui non honorat, modo quo superius dixit, hoc est, sicut patrem. Addidit autem, Qui misit illum, non sui minerationem significans, sed ora Iudaeorum obturans. Propter hoc etiam continue ad patrem refugit, ponens interim et suae naturae nobilitatem. Siue enim omnia secundum sui dignitatem loquutus fuisset, nequaquam suscepissent, existimantes, eum Deo esse contrarium, quum etiam ob pauca huiusmodi verba illum persequerentur, vellentque lapidare: siue omnia sese demittendo loquutus fuisset, habito illorum respectu, multi sane detrimentum inde suscepissent. Ideo, vt diximus, miscet ac temperat doctrinam. Vt enim facile reciperetur, non tantum excelsa loquebatur, quantum humilibus permiscebat. Itaque quum voces humiles reperimus, dispensatorias eas existimemus, vel etiam eius humanitati adaptemus, sicut et excelsas diuinitati.

Vers. 24.

*) γε, abest. B.

τῷ τότε γίνεσθαι τὸν λόγον εὐπαράδεκτον, καὶ πῶς μετὰ τοῦτο μὴ βλάπτεσθαι. εἰ γὰρ μὴ διὰ συγκατάβασιν τὰ ταπεινὰ ἔλεγε, διατί καὶ τὰ ὑψηλὰ προσέπλεκεν; ὁ μὲν γὰρ ὀφείλων μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὅταν μικρὰ φθέγγηται, πρόφασιν ἔχει τὴν οἰκονομίαν· οἰκονομικῶς γὰρ τοῦτο ποιεῖ· ὁ δὲ μικρὰ λέγειν ὀφείλων, τίνος ἕνεκεν μεγάλα φθέγγεται; τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν οἰκονομίας, ἀλλ' ἐσχάτης ἀλαζονείας. εἰ δὲ καὶ ἥττων ἦν ὁ υἱὸς, ὡς οἱ περὶ τὸν ἄρειον ἐλήρουν, διατί τὴν ἴσην τῷ πατρὶ τιμὴν ἀπῄτει; καὶ οὐκ ἀπῄτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφόβει, λέγων.

Vers. 23. Ὁ — αὐτόν. Ὁ μὴ τιμῶν, ὡς ἔλεγεν ἀνωτέρω, ἤγουν, καθὼς τὸν πατέρα. τὸν πέμψαντα δὲ εἶπεν, οὐκ ἐλάττωσιν ἑαυτοῦ ἐμφαίνων, ἀλλὰ τὰ στόματα τῶν ἰουδαίων ἐμφράττων. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὸν πατέρα καταφεύγει, τιθεὶς μεταξὺ τὴν οἰκείαν [illegible]. εἴ τε γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν ἐλάλει, οὐκ ἂν παρεδέξαντο, νομίζοντες ἀντίθεον, ὅπου[5]) γε καὶ ἀπὸ βραχέων τοιούτων ῥημάτων ἐδίωξαν αὐτὸν καὶ ἐλίθασαν· εἴτε πάντα συγκαταβατικῶς ἐφθέγγετο, ὑφορώμενος αὐτοὺς, πολλοὶ ἂν ἐβλάβησαν. διόπερ, ὡς εἰρήκαμεν, ἀναμίγνυσι καὶ κιρνᾷ τὴν διδασκαλίαν. πρὸς γὰρ τὸ εὐπαράδεκτον γενέσθαι αὐτὴν, οὐ τοσοῦτον τὰ ὑψηλὰ, ὅσον τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. λοιπὸν οὖν, ὅταν εὑρίσκωμεν ταπεινὰς φωνὰς, οἰκονομικῶς αὐτὰς λογιζώμεθα, ἢ καὶ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ ταύτας προσάπτωμεν, ὥσπερ καὶ τὰς ὑψηλὰς, τῇ θεότητι.

Verſ. 24. *Amen — aeternam.* Rurſum diſpenſatorie loquitur: Neque enim dixit; Et credit mihi, ne gloriari videretur. (†† Sed qui me miſit, ne videatur a ſe ipſo loqui, ſed ab eo, qui ipſum miſit, vt ita credant ſermoni eius, credentes per eum ei, qui ipſum miſit. Vides, quam vtile ſit ſublimibus dicere humiliter.)

Verſ. 24. *Et — veniet.* (†† In condemnationem poenae. Qui enim credit ſermoni eius, profecto eum etiam obſeruabit. Relinquitur ergo, vt, qui eum non obſeruet, ei nec credat. Perhorreſcamus ergo nos, qui praecepta dei non ſeruamus. Cum infidelibus enim collocabimur. Quaere vero etiam tertio capite iſtud: Qui in eum credit, non iudicatur.)

Verſ. 24. *Sed — vitam.* (†† Mortem dicit non eam, quae hic eſt, ſed quae ibi, id eſt, poenam. Sicut etiam vitam, fruitionem, quae ibi eſt. Transgreſſus enim ab incredulitate ad fidem, tranſiit reliquum etiam ab poena incredulorum ad fruitionem fidelium.)

Verſ. 25. *Amen — viuent.* (†† Cum ſuperius dixiſſet: Quemadmodum pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ita et filius, quos vult, viuificat: ne videretur gloriari,) promittit nunc, quod non

6) Hic et in proximis ſcholiis defectu laborat interpretatio Hentenii. Hunc defectum hic in textu Graeco his ſignis [ ] notaui.

7) Ab ἀλλὰ ad finem ſcholii deſunt apud Henteni-um. Eorum vero loco legitur: *Non ſolum autem hic, ſed in ſequentibus quoque frequenter inueniemus, quo pacto et metu, et promiſſione, vt ſibi credatur, admoneat.*

8) μὴ δόξῃ ἀφ'. A.

9) ταπεινόν. B.

Vers. 24. Ἀμὴν — αἰώνιον. Πάλιν οἰκονομικῶς φησιν. οὐκ εἶπε γὰρ, καὶ πιστεύων ἐμοὶ, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν·[6]) [ἀλλά[7]) τῷ πέμψαντί με, ἵνα[8]) δόξῃ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ οὕτω πιστεύσωσι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ τῷ πέμψαντι αὐτὸν πιστεύοντες. ὁρᾷς, πῶς τὸ[9]) ταπεινὰ λέγειν, λυσιτελεῖ τοῖς ὑψηλοῖς.

Vers. 24. Καὶ — ἔρχεται. Εἰς[1]) κατάκρισιν κολάσεως. ὁ γὰρ πιστεύων τῷ λόγῳ αὐτοῦ, πάντως καὶ τηρεῖ αὐτόν· λοιπὸν οὖν, ὁ μὴ τηρῶν αὐτὸν, οὐ πιστεύει αὐτῷ. Φρίξωμεν οἱ μὴ φυλάσσοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, μετὰ τῶν ἀπίστων γὰρ τετάγμεθα. ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ, ὁ [t]) πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται. t) Io. 3. 18.

Vers. 24. Ἀλλὰ — ζωήν. Θάνατον, οὐ τὸν[2]) ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸν ἐκεῖ, τουτέστι τὴν κόλασιν· ὥσπερ καὶ ζωὴν, τὴν ἀπόλαυσιν τὴν ἐκεῖ. μεταβὰς γὰρ ἀπὸ τῆς ἀπιστίας εἰς τὴν πίστιν, μεταβέβηκε λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῆς κολάσεως τῶν ἀπίστων ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πιστῶν.

Vers. 25. Ἀμὴν — ζήσονται. Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι ὥσπερ [v]) ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς, οὓς θέλει, ζωοποιεῖ· ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν,[3])] ἐπαγγέλλεται νῦν v) Io. 4. 21.

1) Hoc toto scholio caret Hentenius. Eius loco autem subiiciuntur haec: *Non condemnabitur in iudicio, nec punietur. Non negat autem, quin morituri sint credentes, sed de morte loquitur perpetua, similiter et de vita aeterna.*

2) Etiam hoc scholio caret Hentenius.

3) Hic rursus incipit conuenire Hentenius. Scriba ergo eius saltum fecerat ab κομπάζειν ad κομπάζειν, deinde vero, errore animaduerso, alia interposuit.

non longo post tempore viuificaturus sit mortuos, sermonemque opere comprobaturus. Ad Samaritanam quoque dicens similiter, Venit tempus, siue hora, pari modo addidit, Et nunc est, significans futurae rei propinquitatem.

Mortui autem audituri sunt vocem eius: quomodo? Simulac ipse voluerit, conuersa cuiusque anima ad proprium corpus, mortui qui audierint, vitam rursus in mundo viuent. Hic ergo, vbi dixit excelsa, seipsum Dei filium vocando, rursum sermonem obscurat, attexens humilia.

Vers. 26. *Sicut — semetipso.* Verbum dedit, humile est et dispensatorium. Habet autem vitam in semetipso, hoc est, ad modum fontis scaturire facit vitam.

Vers. 27. *Et — faciendi.* Iudicium . . . rum, quae ab vnoquoque in vita peracta . . . Frequenter autem repetit Iudicium, magis eos . . . terrens, vt paulatim iudicem hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi iudicem . . . parantes.

Vers. 27. *Quia — v. 28. hoc.* Quia homo est, qui iudicium sumsit hominum, et praedicta de se ipso docuit, quae magna et non tantum supra hominem sunt, sed supra angelos quoque, et ad solum Deum pertinent, nolite mirari: praedictum est enim, quod etiam filius Dei sit: Non ergo offendi oportet: nam quae . . . dosa appa-

*) Pro, *Et diximus ibi caussam*, alia habet interpres.

⁵) Euthymius ergo sequitur distinctionem Chrysostomi, qui contra Paulum Samosatenum disputat. Vide Chrysost. T. VIII. p. 230. A. Huc spectat etiam scholium, quod ex Codice Vindobonensi edidit

... εἰς μακρὰν ζωοποιῆσαι νεκροὺς, καὶ τὸν λόγον ἔργῳ πιςώσασθαι. καὶ ἐπὶ τῆς σαμαρείτιδος ὁμοίως εἰρηκὼς, ὅτι [x]) ἔρχεται ὥρα, προσέθηκεν ὅτι καὶ νῦν ἐςι. καὶ [4]) εἰρήκαμεν ἐκεῖ τὴν αἰτίαν. x) Io. 4, 23.

Οἱ νεκροὶ δὲ ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ... ἅμα τῷ θελῆσαι αὐτὸν, τῆς ἑκάςου ψυχῆς ἐπιςραφείσης εἰς τὸ ἴδιον σῶμα· καὶ οἱ ἀκούσαντες νεκροὶ, ζήσονται πάλιν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν. ὑψηλὰ οὖν εἰρηκὼς ἐνταῦθα, τῷ καλέσαι αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, πάλιν ἐπισκιάζει τὸν λόγον, προσπλέκων ταπεινά.

Vers. 26. Ὥσπερ — ἑαυτῷ. Τὸ ἔδωκε, ... κοινὸν καὶ οἰκονομικόν· ἔχει δὲ ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ... τοῦ πηγάζει.

Vers. 27. Καὶ — ποιεῖν. Κρίσιν, τὴν ... βεβιωμένων ἑκάςῳ. συγχεχῶς δὲ ςρέφει τὴν ..., ἐπὶ πλέον ἐκφοβῶν αὐτοὺς, ἵνα κατὰ ... πειθόμενοι, τοῦτον εἶναι κριτὴν, προσδράμωσιν αὐτῷ, κατασκευάζοντες ἐντεῦθεν ἥμερον ἑαυτοῖς τὸν δικαςήν.

Vers. 27. Ὅτι — v. 28. τοῦτο. Διότι [5]) ... ἀνθρωπός ἐςιν, ὁ τὴν κρίσιν τῶν ἀνθρώπων λαβὼν, καὶ τὰ προῤῥηθέντα διδάξας περὶ ἑαυτοῦ τὰ μεγάλα, καὶ μὴ μόνον ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἀγγέλων, καὶ μόνου ὄντα θεοῦ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο. προείρηται γὰρ, ὅτι καὶ ... καὶ λοιπὸν οὐ χρὴ σκανδαλίζεσθαι. ἀ γὰρ

edidit ad h. l. Birchius. Confer etiam Theophylact. p. 632. A. Cyrilli explicatio T. IV, p. 235. 236. ambigua est. Credo, illum data opera fumum fecisse. Origenis, cuius ad hunc locum interpretatio intercidit, tamen T. IV. p. 359. et 360. ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐςὶν ad superiora refert, quae vulgaris est distinctio.

apparent propter humanae naturae humilitatem, ea appareant tolerabilia propter diuinae naturae celsitudinem. Deinde aliam quoque de seipso proponit tremendam et arcanam potestatem.

Vers. 28. *Quia* — v. 29. *condemnationis.* Tempus dicit consummationis seculi et vniuersalis iudicii: eos autem, qui sunt in monumentis, dicit mortuos, quos simul omnes repente ac virtute arcana coaptabit, animabit, ac excitabit voce sua, sine iussu, quo tunc per archangelum clamabit. In iussu, inquit, in voce archangeli, et in tuba Dei.

Atqui non omnes sunt in monumentis, sed ab his, qui sunt in monumentis, etiam eos significauit, qui non sunt in monumentis, ab his videlicet, qui naturaliter sepulti sunt, eos etiam, qui naturaliter sepulti non sunt. Ex monumentis autem prodibunt, hi quidem in resurrectionem vitae aeternae, illi vero in resurrectionem condemnationis: isti ad fruitionem sempiternam, illi ad supplicium perpetuum. Alibi autem dixit, Et abibunt hi in supplicium aeternum, iusti vero in vitam aeternam.

Vers. 30. *Non possum* — *iudico.* Quemadmodum superius de operando dicebat, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: ita et nunc de iudicando ait, Non possum ego a meipso facere quicquam, sicut audio iudico: hoc est, non iudico a meipso, sed sicut audio a patre, vel sicut pater: quod etiam aequalitatem ad patrem ac indifferentiam innuit. Sicut enim in superioribus Videre, ita et hic Audire, intelligendum est dispensatorie, et

*) Inclusa exciderunt. A.

ἃ γὰρ φορτικὰ φαίνεται, διὰ τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, καὶ ταῦτα φορτικὰ φαίνεσθαι, διὰ τὸ ὕψος τῆς θείας. εἶτα προστίθησι περὶ ἑαυτοῦ καὶ ἑτέραν φοβερὰν, καὶ ἄῤῥητον δύναμιν.

§. Vers. 28. Ὅτι — v. 29. κρίσεως. Ὥραν μὲν λέγει, τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, ἤγουν τῆς παγκοσμίου κρίσεως. ἐν τοῖς μνημείοις δὲ, φησὶ, τοὺς νεκροὺς, ὡς ὁμοῦ πάντας ἀθρόον καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει συμπήξει, καὶ ψυχώσει, καὶ ἐξαναστήσει ἡ φωνὴ αὐτοῦ, ἤτοι, τὸ κέλευσμα τὸ διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου τηνικαῦτα φωνούμενον. ἐν κελεύσματι, y) γάρ φησιν, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέ- y) 1 Thess. 4, 16.
λου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ.

Καὶ μὴν οὐ πάντες ἐν τοῖς μνημείοις εἰσὶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς μνημείοις [ἐδήλωσε[6]) καὶ τοὺς οὐκ ἐν τοῖς μνημείοις,] ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ταφέντων, καὶ τοὺς μὴ κατὰ φύσιν ταφέντας. ἐκ τῶν μνημείων δὲ πορεύσονται, οἱ μὲν, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ, εἰς ἀνάστασιν κατακρίσεως· οἱ μὲν, εἰς τὸ ἀπολαύειν ἀεί· [οἱ δὲ,[7]) εἰς τὸ κολάζεσθαι ἀεί.] ἀλλαχοῦ δὲ ἔλεγε· καὶ z) z) Matt. 25, 46.
ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον.

§. Vers. 30. Οὐ δύναμαι — κρίνω. Ὥσπερ ἀνωτέρω περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι ἔλεγεν· οὐ a) δύναται a) Io. 5, 19.
ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· οὕτω καὶ νῦν περὶ τοῦ κρίνειν φησίν· οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐδὲν, καθὼς ἀκούω, κρίνω, τουτέστιν, οὐ κρίνω ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καθὼς ἀκούω παρὰ τοῦ πατρὸς, ἤγουν, ὡς ὁ πατὴρ, ὅπερ ὑποδηλοῖ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἴσον καὶ ἀπαράλλακτον. ὥσπερ γὰρ ἄνω τὸ βλέπειν· οὕτω κἀνταῦθα τὸ ἀκούειν νοητέον.

7) Inclusa exciderunt. A.

et vt Deo conueniat. Siquidem neque videre ei opus est, neque audire, quum Deus nulla re indigeat.

Verſ. 30. *Et — patris.* Iuſte, inquit, iudico*, quia non iudico ſecundum voluntatem meam, neque ego propriam habeo voluntatem, ſed ſecundum patris voluntatem: nam illa etiam mea eſt: vna ſiquidem et eadem eſt patris et filii voluntas: ſi ergo pater iuſtus eſt iudex, et filius vtique iuſtus eſt iudex.

Oportet itaque in huiusmodi verbis, quae demiſſionem ac diſpenſationem ſignificant, non ad ipſa tantum reſpicere, ſed etiam ad cauſam ipſorum: in his enim cauſa eſt imbecillitas mentis audientium, et ne Deo contrarius videretur, ſicut variis in locis diximus.

Verſ. 31. *Si — verum.* Oportet eos, qui ſacras legunt ſcripturas, intentionem loquentis habitumque audientis exquirere, tempora quoque ac loca aduertere, inſuper idiomata obſeruare: nec ſimpliciter et vno modo cuncta aggredi, ſi legitimos ſenſus velint deprehendere, et non in nudis manere verbis, ac falli circa electiones. Siquidem propoſitus ſtatim campus theſaurum habet copioſum: habet autem hunc multa obrutum obſcuritate. Quis enim repente turbari non poſſet audiens Chriſtum dicentem, ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum. Siquidem ipſe dixit, Ego ſum veritas: quod ſi veritas verum non loquitur, quisnam erit qui vera loquatur? Si quae de ſeipſo teſtificatus eſt, vera non ſunt, nobis omnino perit praedicationis

*) Hic addit A. τὸ ἐμόν. οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα. Bis ergo idem ſcripſit.

ἀνθρωπίνως μὲν, θεοπρεπῶς δὲ. ὐ γὰρ δεῖται τῷ λέγειν· ἀνενδεὴς γὰρ ὁ θεός.

Vers. 30. Καὶ — πατρός. Κρίνω δικαία, φησι, διότι ὐ κρίνω κατὰ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα 8) ἴδιον, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῦ πατρός, τῦτο γὰρ καὶ ἐμόν. ἓν γὰρ καὶ τὸ θέλημα πατρὸς καὶ υἱῦ. καὶ λοιπὸν, εἰ ὁ πατὴρ κριτὴς δίκαιος, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα κριτὴς δίκαιος.

Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιύτων συγκαταβατικῶν τε καὶ οἰκονομικῶν ῥημάτων, μὴ πρὸς αὐτὰ βλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐῤῥήθησαν. αἰτία γὰρ ἐπὶ τύτων, ἡ ἀσθένεια τῆς διανοίας τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν αὐτὸν ἀντίθεον, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν.

Vers. 31. Ἐὰν — ἀληθής. Χρὴ τοὺς τὰς ἱερὰς γραφὰς ἀναγινώσκοντας, τόν τε σκοπὸν τῦ λέγοντος, καὶ τὴν ἕξιν τῦ ἀκούοντος ἐξετάζειν, καὶ καιροῖς καὶ τόποις ἔςιν, ὅτε προσέχειν καὶ τὰ ἰδιώματα παρατηρεῖν, καὶ μὴ ἁπλῶς καὶ καθ' ἕνα τρόπον ἐπιέναι πάντα, εἰ βύλοιντο τὰ γνήσια νοήματα καταλαμβάνειν, καὶ μὴ ψιλοῖς τοῖς ῥήμασιν ἐναπομένειν, καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τοὺς αἱρετικούς. αὐτίκα γὰρ τὸ προκείμενον χωρίον ἔχει μὲν πολὺν θησαυρὸν, ἔχει δὲ τῦτον πολλῇ κατακεχωσμένον ἀσαφείᾳ. τίς γὰρ οὐκ ἂν εὐθέως θορυβηθείη, ἀκύων τῦ χριςῦ λέγοντος· ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔςιν ἀληθής. καὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν· ἐγώ b) εἰμι ἡ ἀλήθεια. καὶ ἐὰν ἡ ἀλήθεια οὐκ ἀληθεύῃ, 9) τίς ἀληθεύσει; ἐὰν, ἃ περὶ ἑαυτῦ μεμαρτύρηκεν, ὐκ εἰσιν ἀληθῆ, πάντως οἴχεται ἡμῖν τὸ κεφάλαιον τῦ κηρύγματος. ἵνα b) Io. 14, 6.

 γὰρ

9) ἀληθεύει. A.

tionis summa. Nam, vt caetera sinamus, quae sunt innumera et fidem contingentia, vbinam ponemus ea, quae paulo ante de seipso testificatus est, quod filius sit Dei, quod aequalis illi natura, potentia et voluntate: quod creator, quod vivificator, quod iudex aliaque similia?

Quid ergo dicendum est? Quod quia talia de seipso testificatus fuerat, cognouit Iudaeos habere in animo opponere se ei ac dicere, si tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum. Nemo siquidem, qui de seipso fert testimonium, fide dignus est apud homines, propter suspicionem de nimio sui ipsius amore, ideo praeuenit ac dixit, quod illi dicturi erant, dicens, Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum, vt vobis apparet. Itaque testes adducit, etiam in hoc se demittens ad imbecillitatem illorum, et ex abundanti cautione silentium illis imponens.

Quod ergo ait, Testimonium meum non est verum, non quasi affirmando dixit, sed quod illi hoc dicere pararent. Quod autem haec ita se habeant, inde manifestum est. Quum enim in sequentibus loquutus fuisset dicens, Ego sum lux mundi: dicentibus pharisaeis, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, contradixit dicens, Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Manifestum ergo est, quod illud, oppositionis illorum erat, hoc autem intellectus eius. Siquidem illi putabant, eum non esse fide dignum, qui de se ipso ferret testimonium, vtpote hominem: ipse vero ediuerso sese fide dignum dixit, tanquam Deum. Primum itaque dissoluit excogitatam ipsorum oppositionem, dicens id, quod ipsi dicere parabant, et ostendens, quod cogitationes

καὶ ἐάσωμεν τἄλλα, μυρία ὄντα, καὶ συνεκτικὰ τῆς πίστεως, ποῦ θήσομεν, ἃ πρὸ βραχέος ἐμαρτύρησε περὶ ἑαυτοῦ· ὅτι υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ, ὅτι ἴσος αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ θέλησιν, ὅτι δημιουργός, ὅτι ζωοποιός, ὅτι κριτὴς καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; ὅτι ἐπειδὴ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρήσας, ἔγνω τοὺς ἰουδαίους ἐνθυμουμένους ἀντιθεῖναι καὶ εἰπεῖν· ὅτι [1]) ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ [2]) σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. οὐδεὶς γὰρ, ἑαυτῷ μαρτυρῶν, ἀξιόπιστος ἐν ἀνθρώποις, διὰ ὑποψίαν φιλαυτίας· προέλαβε, καὶ εἶπεν, ὃ ἔμελλον εἰπεῖν ἐκεῖνοι, λέγων· ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, ὡς ὑμῖν δοκεῖ· καὶ λοιπὸν παράγει μάρτυρας, συγκαταβαίνων κἀνταῦθα τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ ἐκ περιουσίας ἐπιστομίζων αὐτούς.

Ὥστε τὸ ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, οὐχ ὡς ἀποφαινόμενος εἶπεν, ἀλλ' ὡς ἐκείνων τοῦτο εἰπεῖν ἐνθυμουμένων. ὅτι δὲ ἀληθῆ ταῦτα, δῆλον ἐντεῦθεν. ἐπεὶ γὰρ προϊὼν ἐλάλησε λέγων·
ἐγώ εἰμι c) τὸ φῶς τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἑξῆς· εἰπόν- c) Io. 8, 12.
των τῶν Φαρισαίων, σὺ d) περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς, d) Io. 8, 13.
ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἀντεῖπε, κἂν e) e) Io. 8, 14.
ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου. πρόδηλον οὖν, ὅτι ἐκεῖνο μὲν τῆς ἐκείνων ἀντιθέσεως ἦν· τοῦτο δὲ, τῆς τούτου γνώμης. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾤοντο, μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν εἶναι περὶ ἑαυτοῦ μαρτυροῦντα, ὡς ἄνθρωπον· αὐτὸς δὲ τοὐναντίον ἔλεγεν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν, ὡς θεόν. πρῶτον μὲν οὖν κατέλυσε τὴν μελετωμένην ἀντίθεσιν αὐτῶν, εἰπὼν, ὅπερ εἰπεῖν ἐνεθυμοῦντο, καὶ δείξας, ὅτι γινώσκει τὰς διανοίας αὐτῶν·

εἶτα

[1]) Et id sane infra 8, 13. ei opponunt.
[2]) περὶ ἑαυτοῦ. A.

tiones eorum cognosceret. Deinde etiam testes adducit manifestos, et quibus contradici nequeat: Iohannem, opera propria, ac patrem. Primum autem ponit debilius testimonium puta Iohannis.

Vers. 32. *Alius — me.* Scio hunc, inquit, quod apud omnes sit fide dignus, nempe propheta Dei, et a Deo accipiens, quae loquitur. Deinde, ne quis opponat dicens, Quid si ad gratiam testimonium perhibuit? hanc etiam tollit obiectionem dicens:

Vers. 33. *Vos — veritati.* In primordiis euangelii sui post sermonem de Deo habitum, dixit euangelista, Miserunt Iudaei ab Ierosolymis sacerdotes et leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es? et caetera. Tunc ergo multa et magna testificatus est de Christo. Ideo nunc dicit, Vos misistis ad Iohannem, interrogantes eum: non autem misissetis, nisi eum fide dignum cognouissetis: testimonium ergo eius refellere non potestis.

Vers. 34. *Ego — accipio.* Hoc est, humano testimonio non indigeo, quum sim Deus. Et quomodo in testimonium adduxit Iohannem, qui homo erat? Primum quidem, quia testimonium eius non erat ipsius, sed Dei. Ait enim, Qui misit me ad baptizandum in aqua, ipse mihi dixit. Deinde et aliam ponit causam. Vide enim.

Vers. 34. *Sed — salui sitis.* Non quod humano, inquit, egeam testimonio, sed de Iohannis testimonio dispensatorie loquor; vt ei credentes, qui et est, et vobis apparet fide dignus, salui sitis.

Vers. 35.

εἶτα καὶ μάρτυρας παράγει σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους τρεῖς, τὸν ἰωάννην, τὰ οἰκεῖα ἔργα, καὶ τὸν πατέρα. πρώτην δὲ τίθησι τὴν ἐλάττω μαρτυρίαν, τὴν ἰωάννου.

Verſ. 32. Ἄλλος — ἐμοῦ. Οἶδα τοῦτο, φησιν, διότι παρὰ πάντων ἔχει τὸ ἀξιόπιστον, ὡς προφήτης θεοῦ, καὶ ὑπὸ θεοῦ ἐνηχούμενος, ὃ φθέγγεται. εἶτα, ἵνα μὴ ἀντιθήσει τίς· τί οὖν, ὃ πρὸς χάριν μεμαρτύρηκε; προαναιρεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, λέγων·

Verſ. 33. Ὑμεῖς — ἀληθείᾳ. Ἐν προοιμίοις, μετὰ τὴν θεολογίαν, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτε [f]) ἀπέστειλαν[f]) οἱ ἰουδαῖοι ἐξ ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ λευΐτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, σὺ τίς εἶ, καὶ τὰ ἑξῆς· τότε οὖν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ χριστοῦ πολλὰ καὶ μεγάλα. διὰ τοῦτο λέγει νῦν, ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς ἰωάννην ἐρωτῶντες· οὐκ ἂν δὲ ἀπεστείλατε, εἰ μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν ἐγινώσκετε. λοιπὸν οὖν οὐ δύνασθε παραγράψασθαι τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ. f) Io. 1, 19.

Verſ. 34. Ἐγὼ — λαμβάνω. Τουτέστιν, οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαι, θεὸς ὤν. καὶ πῶς τὸν ἰωάννην μάρτυρα παράγεις, ἄνθρωπον ὄντα; πρῶτα μὲν, διότι ἡ μαρτυρία αὐτοῦ, οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ. εἶπε γὰρ, ὅτι ὁ[g]) πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν. ἔπειτα δὲ τίθησι καὶ ἄλλην αἰτίαν. ὅρα γάρ. g) Io. 1, 33.

Verſ. 34. Ἀλλὰ — σωθῆτε. Οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαι, φησιν, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς μαρτυρίας τοῦ ἰωάννου λέγω οἰκονομικῶς, ἵνα τῷ καὶ ὄντι, καὶ δοκοῦντι ὑμῖν ἀξιοπίστῳ πειθόμενοι, σωθῆτε.

Verſ. 35.

f) ὅτι. B.

Vers. 35. *Ille — lucens.* Lucerna accensa a diuino spiritu, et lucens his, qui in tenebris erant peccati. Lucernam autem eum vocauit, tanquam obscuratum excellenti lumine solis iustitiae. Ipse siquidem de Christo dicebat, Illum oportet crescere, me autem minui.

Aliam quoque ob causam appellauit eum lucernam, quia videlicet non ex se doctrinae lucem habebat, sed ex gratia sancti spiritus. De hoc autem, vt opinor, praedixit per os Dauid, Paraui lucernam Christo meo.

Vers. 35. *Vos — eius.* Obiurgat hos, quod non vsque ad finem studiose illum obseruauerint: voluistis, inquit, quodam tempore exultare in luce doctrinae illius, quando omnes vndique ad eum concurrebatis et postmodum refrixistis, quanquam hactenus illum admiramini: nisi enim refrixissetis, testimonio vtique illius credidissetis. Digni igitur estis, qui redarguamini, quod licet hunc fide dignum confiteamini, eius tamen testimonio non credideritis.

Vers. 36. *Ego — miserit.* Siquidem Iohannis testimonium poterat quispiam calumniari, tanquam ad gratiam factum: quanquam hoc vere dici non poterat aduersus virum, qui omni cum diligentia suo fungebatur munere, et apud omnes vehementi in admiratione habebatur. Verum opera omni suspicione libera, cunctorum ora contentiosa obturabant, puta paralytici confirmatio, caeteraque miracula: quum apud eos essent, qui curati erant, et plenam eis fidem faciebant. Opera, inquit, quae ego facio, testificantur de me, quod pater miserit me.

Non

Vers. 35. Ἐκεῖνος — φαίνων. Ὁ λύχνος, ὁ ἀνακαιόμενος τῷ πυρὶ τοῦ θείου πνεύματος, καὶ φαίνων τοῖς ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας. λύχνον δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἀμαυρωθέντα τῷ ὑπερβάλλοντι φωτὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης· ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ τοῦ χριστοῦ ὅτι ἐκεῖνον [h]) δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. h) Io. 3, 30.

Praeterea contumelioſos huiusmodi ſermones non ex directo in illum effundebant, ſed inter ſe tali modo nugabantur. Tacens itaque docuit nos, ne ad iniurias conuertamur, quae non directe in nos effunduntur: non ſolum enim motus non eſt ad huiusmodi ſermones, ſed neque malorum aduerſus eos meminit, ſicut ex ſequentibus manifeſtum eſt.

Alio item modo: Tacuit videns illos, qui ab his diffidebant pro ſe reſpondentes: et quia hi ne ſermone quidem erant digni, qui tanto viſo miraculo ita calumniabantur.

Verſ. 22. *Facta ſunt — Ieroſolymis.* Dedicatoria templi: ſiquidem quotannis ſolenniter diem illum colebant, quo iterum ſub Zorobbabel aedificatum, poſt reditum ex captiuitate perfectum eſt.

Verſ. 22. *Et hyems erat.* Non ſolum ob aëris intemperiem, ſed etiam ob infidelitatem. Tempus autem innuit propter dedicationem primae aedificationis templi: nam illa circiter autumnum celebrabatur.

Verſ. 23. *Et — Solomonis.* Nam et ipſe feſto aderat.

Verſ. 24. *Circumdederunt — Iudaei.* Sperantes, ab eius ſermonibus aliquam ſe accepturos comprehendendi occaſionem, ſiquidem, quum de

Verſ. 21. Ἄλλοι — ἀνοίγειν; Συνελογίσαντο, ταῦτα μὴ εἶναι δαιμονιζομένου, ἀπὸ τῆς ὑπερφυοῦς θαυματουργίας. ὁ δὲ χριστὸς νῦν οὐκ ἐλέγχει τοὺς ὑβρίζοντας αὐτόν. προλαβὼν γὰρ ἱκανῶς ἀπελογήσατο πρὸς αὐτοὺς, ὅτε εἶπον· οὐ h) καλῶς ἐλέγομεν ἡμεῖς, ὅτι σαμαρείτης εἶ σὺ, h) Io. 8, 48. καὶ δαιμόνιον ἔχεις;

Ἄλλως τε καὶ, οὐκ ἐξ ὀρθοῦ πρὸς αὐτὸν ἐκίνησαν τοὺς τοιούτους ὑβριστικοὺς λόγους, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐφλυάρουν οὕτω. διὸ καὶ σιγήσας, ἐπαίδευσεν ἡμᾶς, μὴ ἐπιστρέφεσθαι τῶν μὴ ἐξ ὀρθοῦ πρὸς ἡμᾶς χεομένων ὕβρεων. οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἐπεστράφη τῶν τοιούτων λόγων, ἀλλ' οὐδ' ἐμνησικάκησεν αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς δῆλον.

Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἐσίγησεν, ὁρῶν τοὺς σχισθέντας ἀπ' αὐτῶν ὑπεραπολογουμένους αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐδὲ λόγου ἦσαν ἐκεῖνοι ἄξιοι, μετὰ τηλικοῦτον θαῦμα οὕτως ὑβρίζοντες.

Verſ. 22. Ἐγένετο — ἱεροσολύμοις. Τὰ τοῦ ναοῦ. ἑώρταζον γὰρ λαμπρῶς ἀνὰ πᾶν ἔτος τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τὸ δεύτερον ὑπὸ ζοροβάβελ οἰκοδομηθεὶς ἀπηρτίσθη, μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπάνοδον.

Verſ. 22. Καὶ χειμὼν ἦν. Οὐ μόνον ἐξ ἀέρος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀπιστίας. παρεσημειώσατο δὲ τὸν καιρὸν, διὰ τὰ ἐγκαίνια τῆς πρώτης οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ. ἐκεῖνα γὰρ κατὰ τὸ μετόπωρον ἑωρτάζοντο.

Verſ. 23. Καὶ — σολομῶνος. Παρῆν γὰρ τῇ ἑορτῇ καὶ αὐτός.

Verſ. 24. Ἐκύκλωσαν — ἰουδαῖοι. Προσδοκῶντες, ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ δράξασθαί τινος ἀφορμῆς εἰς ἐπίθεσιν. τοῖς ἔργοις γὰρ αὐτοῦ μηδὲν

ἐγκα-

de operibus nihil eum possent arguere, a verbis praetextum aliquem inuenire cupiebant, neque enim ipsi a malitia cessabant, neque ipse a clementia quiescebat.

Vers. 24. *Et dixerunt ei.* Fraudulenter et dolose.

Vers. 24. *Quousque — suspendis?* Suspensam ac dubiam tenes inter fidem et infidelitatem.

Vers. 24. *Si — libere.* Manifeste, verbis non obtectis. Atqui plane sciebant, quod hoc dixisset: ideo etiam in superioribus decretum fecerant, vt, si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiiceretur, sed nunc sinistra mente hoc interrogant, audire volentes, quomodo hoc diceret, vt disputatione ita procedente, magni quippiam rursum de seipso loqueretur, et occasionem, vt dictum est, illum comprehendendi acciperent. Ipse vero huiusmodi cognita vafritie, neque nunc hos tentantes arguit: docens, non ad omnia coarguendos esse tentatores: sed multa patienter esse ferenda.

Neque dixit, Quomodo me, tanquam fide dignum interrogatis, cuius testimonium repulistis dicentes, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: quem legis transgressorem appellastis, Deo contrarium ac seductorem: peccatorem, Samaritanum, daemoniacum ac insanum, talibusque multis nominibus: quem lapidibus appetitis et persequimini, ac occidere festinatis. Verum nihil dixit huiusmodi, nec malorum meminit, docens iniuriarum obliuionem erga

ἐγκαλεῖν δυνάμενοι, ἐπεθύμουν ἀπὸ τῶν ῥημάτων εὑρεῖν τινα πρόφασιν. οὔτε γὰρ αὐτοὶ τῆς κακίας ἔληγον, οὔτ' αὐτὸς τῆς ἀνεξικακίας.

Vers. 24. Καὶ ἔλεγον αὐτῷ. Ὑπούλως καὶ δολερῶς.

Vers. 24. Ἕως — αἴρεις; Αἰωρεῖς, ἀναρτᾷς, μεταξὺ [7]) πίστεως καὶ ἀπιστίας.

Vers. 24. Εἰ — παῤῥησίᾳ. Φανερῶς, ἀπαρακαλύπτως. καίτοι σαφῶς ἐγίνωσκον, ὅτι τοῦτο λέγει. διὸ καὶ προλαβόντες συνεφώνησαν, ἵνα [i]) ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. ἀλλὰ νῦν σκαιᾷ γνώμῃ τοῦτο ἐρωτῶσι, βουλόμενοι προσερωτῆσαι, πόθεν τοῦτο λέγει, ἵνα προβαίνουσης οὕτω τῆς συζητήσεως, φθέγξηταί τι μέγα πάλιν περὶ ἑαυτοῦ, καὶ λάβωσιν ἀφορμὴν, ὡς εἴρηται· αὐτὸς δὲ, γινώσκων τὴν τοιαύτην μηχανὴν, οὐδὲ νῦν ἐλέγχει τούτους πειράζοντας, παιδεύων, μὴ πάντα τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἐλέγχειν, ἀλλὰ μακροθύμως φέρειν τὰ πολλά. i) Io. 9. 22.

Καὶ οὐκ εἶπε, πῶς [8]) ὡς ἀξιόπιστον ἐρωτᾶτε, οὗ τὴν μαρτυρίαν ἀπεδοκιμάσατε, λέγοντες σύ [k]) περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ὃν ἐκαλέσατε παράνομον καὶ ἀντίθεον καὶ πλάνον καὶ ἁμαρτωλὸν, καὶ σαμαρείτην, καὶ δαιμονῶντα, καὶ μαινόμενον, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, ὃν λιθάζετε καὶ διώκετε καὶ ἀνελεῖν ἐπείγεσθε; ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, οὐδ' ἐμνησικάκησε, διδάσκων, ἀμνηστίαν τῶν φθασάντων k) Io. 8. 13.

7) μετὰ πίστεως. B.
8) ὡς ... abest. A. ibidem mox οὗ, pro ὅν.

erga eos, qui condemnare properarent, sed mansuetissime ad interrogationem respondet.

Tu vero mihi considera peruersam ac contentiosam Iudaeorum mentem. Siquidem quando concionatur ac sermonibus docet, dicunt, Quod signum ostendis nobis? quando vero miracula operatur, ac demonstrationes operibus exhibet, dicunt, Si tu es Christus, dic nobis libere. Quum sermones docent, opera requirunt: operibus clamantibus, sermones petunt: ad contrarium semper maligne transmutati. Quia ergo dementiae erat, operibus eum praedicantibus, a sermonibus quaerere testimonium, vide quo pacto respondeat, simul quidem manifestans, quod non discendi caussa interrogarent, simul etiam significans, opera sua amplius ac vehementius clamare quam verba.

Vers. 25. *Respondit — creditis.* Dixi vobis de quo interrogatis, non verbis solum, verum etiam operibus: sed non creditis: vane ergo et curiose interrogatis.

Vers. 25. *Opera — v. 26. de me.* Testificantur, quod ego sim. Rursus autem addit, Nomine patris mei: ne Deo contrarius videatur.

Nomen vero hoc in loco quidam dixerunt diuinitatem: quidam autem fortitudinem: alii vero potentiam. Nominatur enim et Deus, et Fortis et Potens, aliisque modis similibus. Si quid autem patris est, idem est et filii. Quia ergo a solo verbo se credituros esse simulabant, leniter ostendit, quod dolose agerent, ac si diceret: Si operibus non creditis, quomodo verbis credetis?

Vers. 26. *Quia non — meis.* Ego siquidem vniuersa, quae boni pastoris sunt, praestiti:

των καταψηφίζεσθαι· πρᾳότατα δὲ πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίνεται.

Σὺ δέ μοι σκόπει τὸ διεστραμμένον καὶ φιλόνεικον τῶν ἰουδαίων. ὅταν μὲν γὰρ δημηγορῇ καὶ διὰ λόγων διδάσκῃ, λέγουσι, τί σημεῖον[1]) δεικνύεις ἡμῖν; ὅταν δὲ θαυματουργῇ, καὶ διὰ τῶν ἔργων παρέχῃ τὰς ἀποδείξεις, λέγουσιν· εἰ σὺ εἶ ὁ χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ. τῶν λόγων διδασκόντων, ἔργα ζητοῦσι· τῶν ἔργων βοώντων, λόγους αἰτοῦσι, πρὸς τὰ ἐναντίον ἀεὶ κακοήθως μεθιστάμενοι. ἐπεὶ οὖν ἀνοίας ἦν, τῶν ἔργων ἀνακηρυττόντων αὐτὸν, ζητεῖν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων μαρτυρίαν· ὅρα, πῶς ἀποκρίνεται; ὁμοῦ μὲν ἐμφαίνων, ὅτι οὐχ ἕνεκα τοῦ μαθεῖν ἐρωτῶσιν· οὐ γὰρ πιστεύουσιν· ὁμοῦ δὲ δηλῶν, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ μεῖζον τῶν λόγων κεκράγασιν.

1) Io. 2, 18.

Verſ. 25. Ἀπεκρίθη — πιστεύετε. Εἶπον ὑμῖν, περὶ οὗ ἐρωτᾶτε, οὐ μόνον διὰ λόγων, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἔργων, ἀλλ᾽ οὐ πιστεύετε. μάτην οὖν ἐρωτᾶτε, καὶ περιέργως.

Verſ. 25. Τὰ ἔργα — v. 26. πιστεύετε.*) Μαρτυρεῖ, ὅτι ἐγώ εἰμι. πάλιν δὲ, τὸ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ἵνα μὴ δόξῃ ἀντίθεος.

Ὄνομα δὲ νῦν, τινὲς μὲν, τὴν θεότητα εἶπον, τινὲς δὲ, τὴν ἰσχὺν, ἄλλοι δὲ, τὴν ἐξουσίαν. ὀνομάζεται γὰρ, καὶ θεὸς, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ ἐξουσιαστὴς, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἴ τι δὲ τοῦ πατρὸς, τοῦτο καὶ τοῦ υἱοῦ. ἐπεὶ οὖν προσεποιοῦντο πεισθῆναι ἀπὸ ψιλοῦ ῥήματος, δείκνυσιν ὁμαλῶς, ὅτι κακουργοῦσιν, ὡσανεὶ λέγων· εἰ τοῖς ἔργοις οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς λόγοις πιστεύσετε;

Verſ. 26. Οὐ γὰρ — ἐμῶν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, ὡς ποιμὴν καλὸς, πάντα τὰ τοῦ καλοῦ ποι-

*) Hentenius omiſit: ἀλλ᾽ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.

stis: vos autem a cognatione ouium mearum vosipsos separastis.

Vers. 26. *Sicut* — v. 27. *me.* De his superius dictum est.

Vers. 28. *Et ego* — *aeternum.* Et de hac vita frequenter dictum est et data interpretatio.

Vers. 28. *Nec* — *mea.* Quisquam ex his, qui illis insidiantur. Manum vero dicit virtutem ac potestatem suam. Hoc autem dixit, quia statuerant Iudaei, vt, si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiiceretur: confirmat enim, quod frustra laborent.

†† Rapere quidem ex inuicta dextra eum, qui non vult, nemo hostis potest: potest tamen deceptum, et eum, qui se ipsum prodit in errorem ducere. Hoc autem, non per inuictam dextram, sed per voluntariam leuitatem eius, qui recedit.

Vers. 29. *Pater* — *est.* Maior omnibus insidiatoribus, vt dictum est. Rursus ergo, quod ait, Dedit mihi, dispensatorium est.

Vers. 29. *Et* — *mei.* Ne autem, tanquam impotens, videatur, auxilium a patre poscere, subintulit:

Vers. 30. *Ego* — *sumus.* Vnum potentia, siue eiusdem potentiae: quod si vnum potentia, vnum sane et diuinitate et essentia, et natura. Dicens itaque, Ego et pater, dualitatem significauit personarum, diuersitatem hypostaseon: subdens autem, Vnum sumus, diuinitatis vnitatem, identitatem essentiae, naturae et potentiae.

Vers. 31.

1) Haec in margine habent Codd. A. B. Hentenius non habet.

2) *ὑπὲρ τοῦ*, A. 3) *οὖν*, abest. A.

ποιμένος ἐνεδειξάμην· ὑμεῖς δὲ, ἀπεξενώσατε ἑαυτοὺς τῆς τῶν προβάτων συγγενείας.

Verſ. 26. Καθὼς — v. 27. μοι. Εἰρηται περὶ τούτων ἀνωτέρω.

Verſ. 28. Κἀγὼ — αἰῶνα. Καὶ περὶ τῆς ζωῆς ταύτης πολλάκις εἴρηται καὶ ἠρμήνευται.

Verſ. 28. Καὶ οὐχ — μου. Τὶς, τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτοῖς. χεῖρα δὲ λέγει, τὴν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν αὐτοῦ· τοῦτο δὲ εἶπε, διότι συνεφώνησαν Ἰουδαῖοι, ἵνα[m]) ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. βεβαιοῖ γὰρ, ὅτι εἰς κενὸν σπουδάζουσιν. m) Io. 9, 22.

[Ἁρπάσαι[x]) μὲν, ἐκ τῆς ἀηττήτου δεξιᾶς, τὸν μὴ βουλόμενον, οὐδεὶς ἐχθρὸς δύναται· ἀποπλανῆσαι δὲ τὸν ἀπατώμενον καὶ προδιδόντα ἑαυτὸν δύναται. καὶ τοῦτο, οὐ παρὰ τὴν ἄμαχον δεξιὰν, ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτεξούσιον εὐχέρειαν τοῦ ἑκουσίως ἀποφοιτήσαντος.]

Verſ. 29. Ὁ πατὴρ — ἐστί. Μείζων πάντων, τῶν ἐπιβουλευόντων, ὡς εἴρηται. πάλιν οὖν, τὸ δέδωκέ μοι, οἰκονομικόν.

Verſ. 29. Καὶ — μου. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ, ὡς ἀσθενὴς, βοηθεῖσθαι παρὰ[2]) τοῦ πατρὸς, ἐπήγαγεν·

Verſ. 30. Ἐγὼ — ἐσμέν. Ἕν, κατὰ τὴν δύναμιν, ἤγουν, ταυτοδύναμοι. εἰ δὲ ἓν κατὰ τὴν δύναμιν, ἓν ἄρα καὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν. διὰ μὲν οὖν[3]) τοῦ εἰπεῖν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, τὴν δυάδα ἐδήλωσε τῶν προσώπων, τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων· διὰ δὲ τοῦ, ἕν ἐσμεν, τὴν μονάδα τῆς θεότητος, τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας καὶ φύσεως καὶ δυνάμεως.

Vers. 31. *Sustulerunt — eum.* Quia natura filium Dei se dicebat: nam hoc significat, Vnum sumus.

Vide ergo, quomodo conuicti sint, quod non discendi causa interrogarent, sed occasionis alicuius arripiendae, qua eum comprehenderent, vt diximus.

Et quare dedit eis occasionem? Quia volebat eos a seipsis conuinci, quod tentarent, malumque machinarentur. Praeterea non oportuit omnia dispensatorie loqui, sed etiam denudare in parte veritatem.

Vers. 32. *Respondit — meo.* Quae me patri aequalem ostendunt.

Vers. 32. *Propter — me?* Propter quod opus, quod me non ostendat patri esse aequalem. Opera ergo me patri aequalem esse praedicant, et ego taceo.

Vers. 33. *Responderunt — Deum.* Interim ergo bona esse eius opera fatebantur: quod si bona sunt eius opera, haec eadem testantur, quod non blasphemet, dicens sese Deum esse: sunt enim Dei opera et non puri hominis.

Vers. 34. *Respondit — estis?* Hoc in loco legem appellat, librum Psalmorum: nam id in illo scriptum est. Lex autem dicitur liber iste, quia ea, quae in eo habentur oracula, sunt a Deo afflata, et quia homines instruunt et corrigunt.

Vers. 35. *Si — v. 36. sum?* Solui, hoc est, excidere, reiici. Sanctificauit autem, hoc est, separauit, elegit. Quod autem dicit idem est, ac si diceret: Si Deus illos dixit Deos, quum homines

Vers. 31. Ἐβάσασαν — αὐτόν. Διότι υἱὸν τοῦ θεοῦ φύσει εἶπεν ἑαυτόν. τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει τὸ, ἕν ἐσμεν.

Ὅρα δὲ, πῶς ἠλέγχθησαν, οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἐρωτῶντες, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δράξασθαί τινος ἀφορμῆς εἰς ἐπίθεσιν, ὡς προέφημεν.

Καὶ διατί δέδωκεν αὐτοῖς ἀφορμήν; διότι ἐβούλετο νῦν αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐλεγχθῆναι πειράζοντας καὶ κακουργοῦντας. ἄλλως τε δὲ, οὐκ ἔδει πάντα οἰκονομικῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ γυμνοῦν ἐν μέρει τὴν ἀλήθειαν.

Vers. 32. Ἀπεκρίθη — μου. Δεικνύοντά με ἴσον τῷ πατρί.

Vers. 32. Διὰ — με; Διὰ ποῖον ἔργον μὴ δεικνύον με ἴσον τῷ πατρί; τὰ ἔργα οὖν, ἴσον με τῷ πατρὶ κηρύττουσι, κἂν ἐγὼ [4]) σιωπήσω.

Vers. 33. Ἀπεκρίθησαν — θεόν. Διὰ καλὸν ἔργον οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ διὰ βλασφημίαν. τέως οὖν ὡμολόγησαν καλὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. εἰ δὲ καλὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, αὐτὰ ταῦτα μαρτυροῦσιν, ὅτι οὐ βλασφημεῖ, λέγων ἑαυτὸν θεόν. ἔργα γάρ εἰσι θεοῦ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου ψιλοῦ.

Vers. 34. Ἀπεκρίθη — ἐστέ; Νόμον ἐπὶ τοῦ παρόντος, τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν φησίν· ἐν ἐκείνῃ γὰρ τοῦτο γέγραπται· ἐπεὶ καὶ αὕτη νόμος, διά τε τὰ ἐν αὐτῇ θεόπνευστα λόγια, καὶ διὰ τὸ παιδαγωγεῖν καὶ ῥυθμίζειν τοὺς ἀνθρώπους.

Vers. 35. Εἰ — v. 36. εἰμι; Λυθῆναι, ἀντὶ τοῦ, πεσεῖν, ἀθετηθῆναι. ἡγίασε δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀφώρισεν, ἐξελέξατο. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς ὁ θεὸς, ἀνθρώπους

 ὄντας,

4) ἐγὼ σιγήσω. A.

nes essent, de me dicitis, Blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum? de me, inquam, quem pater separauit, elegit ac misit in mundum.

Humilius autem ista loquitur. Primum namque deprimit et concedere videtur sermonem, ac humiliora loquitur, quo furorem illorum consoletur ac mitiget: deinde subdit etiam sublimiora.

Vers. 37. *Si* — v. 38. *credite?* Ab operum aequalitate, aequalitatem ac identitatem cum patre ostendit.

Vers. 38. *Vt* — *eo.* In me pater conspicitur: nihil enim aliud sum ego, quam quod pater est, permanens tamen filius: et nihil aliud pater est, quam quod filius, permanens tamen pater. Qui ergo filium nouit, et patrem nouit: et qui patrem cognouit, filium cognouit.

Vel aliter: Filius est in patre, tanquam imaginis pulchritudo in archetypo: pater vero in filio, tanquam exemplaris pulchritudo in imagine: imaginem autem patris dicimus filium, non qualemcunque sed per omnia similem.

Vers. 39. *Quaerebant* — v. 40. *ibi.* Vbi magnum aliquod signum fecisset, fugiebat propter populi plausum ac laudem. Vbi etiam magnum quippiam de seipso loquutus esset, secedebat propter rabiem inuidorum: illi concedens, vt per suam absentiam cessaret ac quiesceret. Abiit autem in locum, vbi Iohannes baptizabat, vt praesentium memoriae suggereretur signum, quod factum fuerat, quum baptizaretur, ac Iohannis testimonium, quo de eo testificatus fuerat, et ita crederent, quod sane etiam factum est. Vide enim.

Vers. 41.

ἄντας. ἐμὲ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖς, διότι εἶπον υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι, ἐμὲ, ὃν ὁ πατὴρ ἀφώρισεν, ἐξελέξατο καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον;

Συγκαταβατικῶς δὲ ταῦτά φησι. πρῶτον γὰρ χαλᾷ καὶ καθυφίησι τῷ λόγῳ, καὶ ταπεινότερα φθέγγεται, παραμυθούμενος τὸν θυμὸν αὐτῶν· ἔπειτα ἐπάγει τὰ ὑψηλότερα.

Vers. 37. Εἰ — v. 38. πιστεύσατε. Ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων ἰσότητος καὶ ταυτότητος τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητα καὶ ταυτότητα δεικνύει.

Vers. 38. Ἵνα — αὐτῷ. Ὅτι ἐν ἐμοὶ θεωρεῖται ὁ πατήρ. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐγὼ, ἢ ὅπερ ὁ πατὴρ, μένων υἱός· καὶ οὐδὲν ἄλλο ὁ πατὴρ, ἢ ὅπερ ἐγὼ, μένων πατήρ. ὁ οὖν τὸν υἱὸν γνοὺς, τὸν πατέρα ἔγνω· καὶ ὁ τὸν πατέρα μαθὼν, τὸν υἱὸν ἔμαθε.

Καὶ ἑτέρως δέ. ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, ὡς τὸ τῆς εἰκόνος κάλλος [ἐν τῷ[5]) ἀρχετύπῳ· ὁ δὲ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ὡς τὸ τοῦ πρωτοτύπου κάλλος ἐν] τῇ εἰκόνι. εἰκόνα δὲ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν λέγομεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἀπαράλλακτον.

Vers. 39. Ἐζήτουν — v. 40. ἐκεῖ. Ὅταν μὲν μέγα τι σημεῖον ποιήσῃ, φεύγει διὰ τὸν κρότον καὶ τὴν εὐφημίαν τοῦ ὄχλου· ὅταν δὲ μέγα τι περὶ ἑαυτοῦ φθέγξηται, ἀναχωρεῖ διὰ τὸν θυμὸν τῶν φθονερῶν, ἐνδιδοὺς αὐτῷ λωφῆσαι καὶ λῆξαι τῇ ἀπιστίᾳ αὐτοῦ. ἀπῆλθε δὲ εἰς τὸν τόπον, ὅπου ὁ ἰωάννης τὸ πρότερον ἐβάπτιζεν, ἵνα ἀναμνησθῶσιν οἱ παρόντες τοῦ γεγονότος, ὅτε ἐβαπτίσθη, σημείου, καὶ τῆς ἰωάννου μαρτυρίας, ἣν ἐμαρτύρησε περὶ αὐτοῦ, καὶ πιστεύσωσιν, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ὅρα γάρ.

5) Inclusa exciderunt. A.

Vers. 41. *Et — erant.* Considera, quomodo inter se argumentabantur? Iohannes quidem signum fecit nullum, hic autem multa: maior ergo hic est illo. Deinde aliud quoque sumunt excellentiae signum: quia etiam, quaecunque de hoc dixit Iohannes vera erant, rebus ipsis iam demonstrata. Dixerat autem, Qui post me venturus est, fortior me est, aliaque multa et magna. Alibi etiam, Et ego vidi, et testimonium perhibui, quod hic sit filius Dei.

Aliter praeterea declaratur simpliciter hic sermo. Iohannes quidem signum fecit nullum: attamen omnia, quaecunque de hoc dixit, vera erant, et ideo testimonium eius fide dignum est.

Vers. 42. *Et — eum.* Vidisti, quantum eis profuerit locus, et a peruersis hominibus separari? nam frequenter ob hoc educit ipsos et ab illorum conuersatione abducit, quod etiam in veteri testamento fecisse apparet, quum longe ab Aegyptiis in deserto Hebraeos informauit ac correxit.

Cap. XI. De Lazaro.

Cap. XI. v. 1. *Aegrotabat — huius.*

Deinde etiam signum addit, quo Maria cognoscatur.

Vers. 2. *Erat — aegrotabat.* Huiusmodi opus notam ac celebrem effecerat.

Vers. 3. *Miserunt — eum.* Non abierunt, sed miserunt, vtpote fiduciam habentes: nam multa illis erat cum eo familiaritas. Praeterea

*) Leue quidem est, sed ex leuioribus discitur Crisis N. Testamenti in grauioribus. Vade hic αὐτοῦ, loco

Verſ. 41. Καὶ — ἦν. Σκόπει, πῶς πρὸς ἑαυτοὺς συλλογίζονται; ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν ὐδέν· οὗτος δὲ πολλά. μείζων ἄρα οὗτος ἐκείνου. εἶτα λαμβάνουσι καὶ ἕτερον σημεῖον τῆς ὑπεροχῆς· ὅτι καὶ πάντα, ὅσα εἶπεν ἰωάννης περὶ [*] αὐτῦ, ἀληθῆ ἦν, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων φανέντα· εἶπε δὲ, ὅτι ὁ [n]) ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐςι, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ μεγάλα, καὶ ὅτι κἀγὼ [o]) ἑώρακα καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐςιν ὁ υἱὸς τῦ θεῦ.

n) Matt. 3, 11.

o) Io. 1, 34.

Ἑρμηνεύεται δὲ καὶ ἑτέρως ἁπλούςερον ὁ λόγος· ὅτι ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν ὐδὲν, πάντα δὲ ὅμως, ὅσα εἶπε περὶ αὐτοῦ, ἀληθῆ ἦν, καὶ διὰ τῦτο ἀξιόπιςος ἡ μαρτυρία αὐτῦ.

Verſ. 42. Καὶ — αὐτόν. Εἶδες, πόσον αὐτοὺς ὤνησεν ὁ τόπος, καὶ ἡ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπαλλαγή; διὰ τῦτο γὰρ πολλάκις αὐτοὺς ἐξάγει καὶ ἀπάγει τῆς ἐκείνων συνυςίας, ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς φαίνεται ποιήσας, πόῤῥω τῶν αἰγυπτίων, ἐπὶ τῆς ἐρήμου τοὺς ἑβραίους διαπλάττων καὶ ῥυθμίζων.

Κεφ. ΙΑ. Περὶ τοῦ λαζάρου.

Cap. XI. v. 1. Ἦν — αὐτῆς.

Εἶτα προστίθησι καὶ γνώρισμα τῆς μαρίας.

Verſ. 2. Ἦν — ἠσθένει. Γνώριμον καὶ διαβόητον αὐτὴν τὸ τοιῦτον ἔργον ἐποίησεν.

Verſ. 3. Ἀπέςειλαν — αὐτόν. Οὐκ ἀπῆλθον, ἀλλ᾽ ἀπέςειλαν, ὡς θαῤῥῦσαι. πολλὴν γὰρ εἶχον πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν. ἄλλως τε δὲ, καὶ

loco τούτου; Ex Chryſoſtom. Tom. VIII. pag. 364. E.

ea tanquam mulieres debiles, et veluti luctu detentae. Siquidem, quod non despicientes miserint, postmodum significauerunt, quando venienti multa cum festinatione occurrerunt.

Vers. 3. *Dicentes — aegrotat.* Hoc dixerunt, cupientes eum ad misericordiam attrahere. Nam adhuc tanquam hominem audiebant, magnum quidem, non tamen etiam Deum.

Vers. 4. *Vt audiuit — mortem.* Non dirigitur ad eam, quae proprie mors est, sed ad somnum aliquem: nam quae proprie mors dicitur, vsque ad communem omnium durat resurrectionem: haec vero et mors dici potest, et non mors: illud quidem, propter diuisionem animae et corporis, hoc autem, propter mox futuram resuscitationem.

Vers. 4. *Sed pro gloria Dei.* Patris.

Vers. 4. *Vt — eum.* Nam gloria patris, gloria filii est. Item et hic dictiones Pro, et Vt, non causales sunt, sed significatiuae eius, quod euenturum erat. Nam pater et filius glorificandi erant per eum.

Quidam vero per gloriam intelligunt crucem, hoc est, pro crucifixione Dei, vt crucifigatur filius Dei per eum. Cognita namque a Iudaeis Lazari resuscitatione, huiusmodi magnitudine miraculi

ad

7) Ita Codex A. et Henten.: Sed Codex B. coniungit textum ab ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ad δι αὐτῆς. Omittit ergo interpretationem: Τοῦ πατρὸς, ac continuo proximum scholium subiicit: Δόξα γὰρ τοῦ πατρὸς κ. τ. λ.

8) Origenis ad hunc locum interpretatio intercidit. Chrysostomus multoties δόξαν de cruce explicat. Sed ad hunc locum Tom. VIII. p. 369 nihil reperio. Nec Cyrillus tale quid habet Tom. IV. p. 611.

καὶ ὡς γυναῖκες ἀσθενεῖς, καὶ ὡς κατεχόμεναι τῷ πένθει. ὅτι γὰρ οὐ καταφρονοῦσαι ἀπέστειλαν, ἐδήλωσαν ὕστερον, ὑπαντήσασαι αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς.

Verſ. 3. Λέγουσαι — ἀσθενεῖ. Τοῦτο εἶπον, ἐπισπάσασθαι αὐτὸν εἰς οἶκτον βουλόμεναι. ἔτι γὰρ ὡς ἀνθρώπῳ προσεῖχον, μεγάλῳ μὲν, πλὴν οὐχὶ καὶ θεῷ.

Verſ. 4. Ἀκούσας — θάνατον. Οὐ γίνεται πρὸς θάνατον κυρίως, ἀλλὰ πρὸς ὕπνον τινά. θάνατος γὰρ κυρίως, ὁ μέχρι τῆς κοινῆς ἀναστάσεως· οὗτος δὲ, καὶ θάνατος, καὶ οὐ θάνατος· τὸ μὲν, διὰ τὴν διάζευξιν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· τὸ δὲ, διὰ τὴν ὅσον οὔπω ἀνάστασιν.

Verſ. 4. Ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. Τοῦ πατρός. 7)

Verſ. 4. Ἵνα — αὐτῆς. Δόξα γὰρ τοῦ πατρὸς ἡ δόξα τοῦ υἱοῦ. κἀνταῦθα δὲ τὸ ὑπὲρ καὶ τὸ ἵνα, οὐκ αἰτιολογικά, ἀλλὰ δηλωτικὰ τοῦ ἐκβησομένου, ὅτι μέλλει δοξασθῆναι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς δι' αὐτῆς.

Τινὲς 8) δὲ δόξαν, τὸν σταυρὸν νοοῦντες, ἑρμηνεύουσιν, ὅτι ὑπὲρ τῆς σταυρώσεως τοῦ θεοῦ, ἵνα σταυρωθῇ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ δι' αὐτῆς. ἔμελλον γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, τὴν ἀνάστασιν τοῦ Λαζάρου μαθόντες, τῇ ὑπερβολῇ τοῦ τοιούτου θαύματος ἐξαφθῆναι πρὸς ἀκαθ-

677. A. qui ibi, ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, de filio explicat. Diſſentit ergo ab Euthymio. Obiter addo ex Cyrill. l. l. p. 676. E. ad: αὕτη ἡ ἀσθένεια κ. τ. λ. Λέγει μέντοι ταῦτα ὁ κύριος, οὐχ ἵνα ἀπελθόντες οἱ ἄνθρωποι ἀπαγγείλωσι ταῖς ἀδελφαῖς τοῦ Λαζάρου, ἀλλ' ὡς θεὸς προλέγων τὸ ἐσόμενον, ὅτι πρὸς δόξαν θεοῦ ἔσται τὸ τοῦ πράγματος ἀποτέλεσμα κ. τ. λ.

ad insanabilem exarserunt insaniam: et festini exsurrexerunt, vt illum occiderent.

Vers. 5. *Diligebat — Lazarum.* Non tantum propter fidem earum, verum etiam propter alias ipsarum virtutes.

Vers. 6. *Vt — diebus.* Praedictam misit responsionem, qua eas consolaretur: ipse vero adhuc permansit expectans, donec animam exhalaret ac sepeliretur, vt nemo dicere posset, quod ipsum nondum mortuum excitasset, sed ebrium aut viribus defectum, seu numine afflatum.

Vers. 7. *Deinde — iterum.* Praedicit hoc, quo arguat illorum timiditatem ab infidelitate emanantem, et, vt hoc praecognito, non turbarentur subito re insperata. Erat autem Bethania in Iudaea.

Vers. 8. *Dicunt — illuc?* Nunc, id est, paulo ante. Nam et pro illo metuebant, et magis pro seipsis.

Vers. 9. *Respondit. — v. 10. eo.* Exemplo eos exhortatur, quod, quemadmodum si quis ambulauerit in die, videlicet in vnaquauis duodecim diei horarum, non offendit et caetera: ita etiam, si quis in luce virtutis ambulat, non offendit, incidens in aliquod periculum, quia lucem virtutis videt, et viae ducem habet. Si quis autem ambulauerit in tenebris malitiae, offendit, quia lux non est in eo. Vos itaque in luce ambulantes non offendetis. Atqui etiam ipsi offenderunt, seu periculum passi sunt, sed non tunc. Dum enim comprehenderetur dixit, Si me quaeritis, sinite hos abire: nam de illo tempore nunc sermo est.

Intel-

ἀπαράδεκτον μανίαν, καὶ διαναστῆναι σπουδαίως εἰς τὸ ἀποκτεῖναι αὐτόν.

Vers. 5. Ἠγάπα — Λάζαρον. Οὐ μόνον διὰ τὴν πίστιν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ἄλλας τούτων ἀρετάς.

Vers. 6. Ὡς — ἡμέρας. Τὴν μὲν προσενηνεχθεῖσαν ἀπόκρισιν ἔπεμψε παρηγορῶν αὐτάς· αὐτὸς δὲ ἔμεινεν ἔτι, περιμένων, ἵνα ἀποπνεύσῃ καὶ ταφῇ, ὥστε μηδένα δύνασθαι λέγειν, ὅτι οὐκ ἀποθανόντα αὐτὸν ἀνέστησεν, ἀλλὰ καρωθέντα, ἢ ἐκλυθέντα, ἢ κάτοχον γενόμενον.

Vers. 7. Ἔπειτα — πάλιν. Προλέγει τοῦτο, ἵνα τε ἐλέγξῃ τὴν ἐξ ἀπιστίας δειλίαν αὐτῶν, καὶ ἵνα προμαθόντες, μὴ ταραχθῶσιν ἀθρόον τότε, τῷ ἀπροσδοκήτῳ τοῦ προστάγματος. ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γὰρ ἦν ἡ Βηθανία.

Vers. 8. Λέγουσιν — ἐκεῖ; Νῦν, ἀντὶ τοῦ, πρὸ μικροῦ. ἐδειλίων μὲν γὰρ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ· τὸ δὲ πλέον, ὑπὲρ ἑαυτῶν.

Vers. 9. Ἀπεκρίθη — v. 10. αὐτῷ. Διὰ παραδείγματος παραθαῤῥύνει αὐτοὺς, ὅτι ὥσπερ ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἤγουν, ἐν ἑκάστῃ τῶν δώδεκα ὡρῶν τῆς ἡμέρας, οὐ προσκόπτει καὶ τὰ ἑξῆς· οὕτω καὶ ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἀρετῆς, οὐ προσκόπτει εἰς κίνδυνον, ὅτι τὸ φῶς τῆς ἀρετῆς βλέπει, καὶ ὁδηγεῖται. ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῷ σκότει τῆς κακίας, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. λοιπὸν οὖν ὑμεῖς, ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντες, οὐ προσκόψετε. καὶ μὴν καὶ αὐτοὶ προσέκοψαν, εἴτουν, ἐκινδύνευσαν· ἀλλ' οὐ τότε. συλλαμβανόμενος γὰρ εἶπεν· εἰ p) ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. p) Io. 18, 8.
περὶ ἐκείνου γὰρ τοῦ καιροῦ νῦν ὁ λόγος.

Νοεῖται

Intelligitur autem et alio modo: Si quis ambulauerit in die, non offendit et caetera: hoc est, Si quis ambulauerit in me aut mecum, qui sum lux et dies: nam quamdiu, inquit, in mundo sum, lux sum mundi: non offendit ad vllum periculum, potentia siquidem ac virtus mea deducit illum.

Vers. 11. *Haec* — v. 13. *diceret*. Ipse dicebat, Amicus noster, ostendens necessariam esse ad eum profectionem. Illi vero dicebant, Saluus erit si sic sanabitur, volentes eius consilio obstare: nondum enim metum abiecerant.

Quod autem dicit, Vt a somno excitem eum, facilitatem resurrectionis ostendit. Hinc itaque illos intelligere oportuit, quod de morte et resurrectione eius diceret. Quomodo enim profecturus erat stadia quindecim, vt eum a somno excitaret? sed opinabantur, aenigma aliquod esse, qualia multa dicebat.

Vers. 14. *Tunc* — *manifeste*. †† Aperte.

Vers. 14. *Lazarus* — v. 15. *ibi*. Gaudeo, quod non fuerim ibi: gaudeo autem propter vos, vt plenius credatis, quum videritis eum resurgentem. Nam si ibi fuissem, vel non fuisset mortuus, vel non tantum apparuisset miraculum, vel suspicioni fuisset subiectum, vt praediximus.

Vers. 15. *Sed* — *eum*. Ne maliuoli erga amicos videamur. Haec autem: Non eram ibi: et, Eamus, ac similia tanquam homo dicit.

Vers. 16. *Dixit* — *eo*. Apparet quidem magnae sermo audaciae, verum potius est timiditatis ac infidelitatis: diffidebat namque, quod non

†) Inclusa absunt. A.

Νοεῖται δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐάν τις περιπατῇ ἐν ἐμοὶ, εἴτουν, μετ' ἐμοῦ, οὐ προσκόπτει, ὅτι ἡ δύναμίς μου ὁδηγεῖ αὐτόν.

Vers. 11. Ταῦτα — v. 13. λέγει. Ἐκεῖνος μὲν εἶπεν, ὅτι ὁ φίλος ἡμῶν, ἐμφαίνων ἀναγκαίαν τὴν εἰς αὐτὸν ἄφιξιν· αὐτοὶ δὲ εἶπον, ὅτι σωθήσεται, ἤγουν, ὑγιανεῖ, βουλόμενοι ἐγκόψαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ. οὔπω γὰρ ἀπεβάλοντο τὸν φόβον.

Τὸ δὲ, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτὸν, τὸ ῥᾴδιον τῆς ἀναστάσεως ὑποφαίνει. ἔδει δὲ αὐτοὺς ἐντεῦθεν γοῦν συνιέναι, ὅτι περὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ φησί. [πῶς[9]) γὰρ ἂν ἔμελλε πορεύεσθαι στάδια πεντεκαίδεκα, ὥστε ἐξυπνίσαι αὐτόν; ἀλλ' ἐνόμισαν αἴνιγμά τι εἶναι, οἷα πολλὰ ἔλεγε.]

Vers. 14. Τότε — παῤῥησίᾳ. Φανερῶς.[1])

Vers. 14. Λάζαρος — v. 15. ἐκεῖ. Καὶ χαίρω, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ. χαίρω δὲ, δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητε πλέον, ὅταν ἴδητε αὐτὸν ἀνιστάμενον. εἰ γὰρ ἦν ἐκεῖ, ἢ οὐκ ἂν ἀπέθανεν, ἢ οὐκ ἂν τηλικοῦτον ἐφάνη τὸ θαῦμα, ἢ καὶ ὑπωπτεύθη ἂν, ὡς προειρήκαμεν.

Vers. 15. Ἀλλ' — αὐτόν. Ἵνα μὴ δόξωμεν ἀφιλόστοργοι. τὸ δὲ οὐκ ἤμην, καὶ τὸ ἄγωμεν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἄνθρωπος λέγει.

Vers. 16. Εἶπεν — αὐτοῦ. Δοκεῖ μὲν εὐτολμίας ὁ λόγος, ἔστι δὲ μᾶλλον δειλίας καὶ ἀπιστίας. ἠπίστει γὰρ, ὅτι οὐ προσκόψουσιν, ὡς προ-

[1]) Hoc praetermisso vocabulo, textum coniunxit Hentenius.

non offenderent, vt praedixerat, et propterea opinabatur omnes simul cum praeceptore occidendos esse. Non tamen increpauit eum Christus, tolerans adhuc eius imbecillitatem. Didymus vero quasi geminus dicebatur, quod simul cum fratre natus esset.

Vers. 17. *Quum igitur venisset — sepultum.* Ipse quidem mortuus fuerat, postquam sorores ad Christum miserant eodem sane die: hic vero mansit in loco, vbi erat duobus diebus, illo videlicet ac sequenti: tertio autem dixit discipulis, Lazarus amicus noster dormit et caetera: in quarto abiit, quum expectasset, donec oleret, vt magis manifestaretur suae magnitudo potentiae. Sorores autem non amplius ad eum miserunt, de fratris vita iam desperantes.

Vers. 18. *Erat — v. 19. suo.* Graece quidem dicitur, *πρὸς τὰς περὶ μάρθαν καὶ μαρίαν*: est autem Graecanici sermonis idioma, idem significans, quod ad Martham et Mariam. Verum, quo pacto consolabantur illas, quum indubie amarent Iesum? Aut propter nobilitatem illarum: aut propter alias virtutes: aut propter calamitatis magnitudinem.

Praeterea non erant hi ex eis, qui omnino mali erant, quod ex eo manifestum est, quia multi crediderunt in eum.

Vers. 20. *Martha ergo — sedebat.* Ipsa sola, vt hoc audiuit. Non communicauit autem sorori, ne illa quoque exeunte, tumultum concitarent, qui ad consolandum venerant.

Vers. 21. *Dixit — v. 22. Deus.* Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: petiuisses

nam-

προεῖπε, καὶ διὰ τοῦτο προσεδόκα συναναιρεθῆναι πάντας τῷ διδασκάλῳ· οὐκ ἐπετίμησε δὲ αὐτῷ ὁ χριστὸς, διαβαστάζων ἔτι τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. δίδυμος δὲ ἐλέγετο, διὰ τὸ συνάμμα ἀδελφῷ γεννηθῆναι.

Verſ. 17. Ἐλθὼν οὖν — ἐν τῷ μνημείῳ. Αὐτὸς μὲν ἀπέθανε, μεθ᾽ ὃ ἀπέστειλαν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς τὸν χριστὸν, κατ᾽ αὐτὴν ἄρα τὴν ἡμέραν· οὗτος [2]) δὲ ἔμεινεν, ἐν ᾧ ἦν τόπῳ, δύο ἡμέρας, αὐτήν τε, καὶ ἑτέραν. κατὰ δὲ τὴν τρίτην εἶπε τοῖς μαθηταῖς, ὅτι λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ ἀπῆλθεν, περιμείνας, ἵνα ὀζέσῃ, ὥστε πλέον φανῆναι τὸ μεγαλεῖον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. αὗται δὲ οὐκέτι ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, ἀπογνοῦσαι λοιπὸν τὴν ζωὴν τοῦ ἀδελφοῦ.

Verſ. 18. Ἦν — v. 19. αὐτῶν. Πρὸς τὰς περὶ μάρθαν καὶ μαρίαν, τουτέστι πρὸς μάρθαν καὶ μαρίαν. καὶ τοῦτο γὰρ ἰδίωμα λόγου. ἀλλὰ πῶς αὐτὰς παρεμυθοῦντο, φίλας οὔσας τοῦ ἰησοῦ; πάντως, ἢ διὰ τὴν εὐγένειαν αὐτῶν, ἢ διὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἢ διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς.

Ἄλλως τε, οὐδ᾽ ἦσαν οὗτοι τῶν πάντῃ πονηρῶν. καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ πιστεῦσαι πολλοὺς αὐτῶν.

Verſ. 20. Ἡ οὖν μάρθα — ἐκαθέζετο. Αὐτὴ μόνη τοῦτο ἀκούσασα, οὐκ ἐκοινώσατο καὶ πρὸς τὴν ἀδελφὴν, ἵνα μὴ, κἀκείνης ἐξελθούσης, θορυβηθῶσιν οἱ παραμυθούμενοι.

Verſ. 21. Εἶπεν — v. 22. θεός. Εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει. ᾐτήσω γὰρ ἄν-

[2]) αὐτὸς, pro οὗτος. A.

namque a Deo, ne ipſe moreretur, et indubie auditus fuiſſes, vtpote Dei amicus. Nondum enim cognoſcebat, quod, licet vt homo aberat, tamen vt Deus praeſens erat.

Verſ. 23. *Ait* — v. 24. *die.* Quod ergo dixerat, ſcio quod quaecunque popoſceris a Deo dabit tibi Deus: non dixit, quod eum reſuſcitaturus eſſet, ſed ne a Deo abiiceretur. Siquidem nondum conuenientem de Chriſto habebat opinionem, ſicut nec diſcipuli, qui tamen, tot ac tanta et audierant et viderant.

Verſ. 25. *Dixit* — *vita.* Virtus reſurrectionis et fons vitae, qui exſuſcito vitamque tribuo, tanquam Deus. Primum itaque modeſte loquutus eſt dicens, Reſurget frater tuus: at illa non intelligente, detegit iam occultam ſuam poteſtatem, et attollit mentem eius.

Verſ. 25. *Qui* — v. 26. *aeternum.* Etiamſi nunc moriatur praeſenti morte, viuet vita, qua in futurum viuitur, hoc eſt, beata. Et qui adhuc viuit praeſenti vita, nequaquam morietur futura morte, hoc eſt, miſera. Haec dicens oſtendit illam eſſe veram vitam, veramque mortem, vtpote inuariabiles, et omni inter ſe ſucceſſione carentes, et de illis maxime curandum eſſe.

Verſ. 26. *Credis hoc?* Me eſſe reſurrectionem ac vitam et caetera.

Verſ. 27. *Ait* — *venturus erat.* Quod magna de ſeipſo dixerit, cognouit: quomodo autem ea dixerit, ignorauit: et propterea vnum interrogata, aliud reſpondet. Sed vnde id ſciebat, quod

3) ὑπὲρ, abeſt. A.

4) ἀναστῆσαι videtur legiſſe Hentenius.

5) καὶ, abeſt. A.

σαν τὸν θεὸν,[3]) ὑπὲρ τȣ̃ μὴ ἀποθανεῖν αὐτὸν, καὶ εἰσηκούσθης ἂν, ὡς θεοφιλής. οὔπω γὰρ ἐγίνωσκεν, ὅτι εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἀπῆν, ἀλλ' ὡς θεὸς παρῆν.

Verſ. 23. Λέγει — v. 24. ἡμέρᾳ. Ὥστε καὶ τὸ οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεὸν, δώσει σοι ὁ θεὸς, οὐ περὶ τȣ̃ ἀναστῆναι[4]) αὐτὸν εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ ἀποῤῥιφῆναι αὐτὸν τȣ̃ θεοῦ. οὔπω γὰρ εἶχε περὶ τȣ̃ χριστοῦ τὴν προσήκουσαν ὑπόληψιν. καὶ γὰρ οὐδ' οἱ μαθηταὶ, καίτοι τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα καὶ[5]) ἀκούσαντες, καὶ ἰδόντες.

Verſ. 25. Εἶπεν — ζωή. Ἡ δύναμις τῆς ἀναστάσεως, καὶ ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς; ὁ ἀνιστῶν καὶ ὁ ζωῶν, ὡς θεός. πρῶτον μὲν οὖν μετρίως εἶπεν, ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου· ἐκείνης δὲ μὴ συνιείσης, ἀποκαλύπτει λοιπὸν τὴν κεκρυμμένην ἐξουσίαν αὐτȣ̃, καὶ ἀνάγει τὸν νοῦν αὐτῆς.

Verſ. 25. Ὁ — v. 26. αἰῶνα. Κἂν ἀποθάνῃ ἤδη τὸν ἐνταῦθα θάνατον, ζήσεται τὴν[6]) ἐκεῖ ζωὴν, τὴν μακαρίαν. καὶ ὁ ζῶν ἔτι τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, ȣ̓ μὴ ἀποθάνῃ τὸν ἐκεῖ θάνατον, τὸν ἄθλιον. ταῦτα εἰπὼν, ἔδειξεν, ὅτι[7]) ἐκεῖνά εἰσιν ἀληθὴς ζωὴ καὶ ἀληθὴς θάνατος, ὡς ἀναλλοίωτα καὶ ἀδιάδοχα, κἀκείνων μάλιστα φροντιστέον.

Verſ. 26. Πιστεύεις τοῦτο; Τὸ ἐμὲ εἶναι τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Verſ. 27. Λέγει — ἐρχόμενος. Ὅτι μὲν μεγάλα περὶ ἑαυτȣ̃[8]) εἶπεν, ἔγνω· πῶς δὲ ταῦτα εἶπεν, ἠγνόησε. διὰ τȣ̃το ἕτερον ἐρωτηθεῖσα, ἕτερον ἀποκρίνεται. ἀλλὰ πόθεν ἐγίνωσκεν,

6) τὴν, abeſt. A.
7) ὅτι κἀκεῖνα. A.
8) αὐτȣ̃. A.

quod respondit? ab his, qui in eum credebant. Nam et quod superius dixerat, Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die, ab ipso Christo dediceratet, et a discipulis ipsius. Nam frequenter cum illis apud eas hospitabatur.

Vers. 28. *Et — vocat te.* Expectans magnum aliquod bonum a sermonibus eius, currit et vocat clanculum sororem, ne qui praesentes erant Iudaei cognoscerent, ac insidiatoribus fortassis eum proderent. Dixit autem, vocat te, vt illa citius occurreret.

Vers. 29. *Illa — eum.* Prae vehementi, quo eum persequebatur honore.

Vers. 30. *Nondum — Martha.* Erat adhuc ibi, docens eos, qui secum erant, et docendi praetextu expectabat illas, ne accedere videretur, tanquam gloriam a miraculo captans. Aut hoc dixit euangelistà, ostendens, quod et quae vocauit, et quae vocata est, adeo velociter cucurrerunt, vt eum illuc praeuenerint.

Vers. 31. *Iudaei ergo — ibi.* Sequuti sunt eam, veriti, ne quid fortassis contra seipsam perpetraret. Facti sunt autem testes miraculi, etiam non asciti.

Vers. 32. *Igitur Maria — frater.* Quanquam sorore feruentior erat erga Christi honorem: siquidem ipsa procidit ad pedes eius: eadem tamen dicit, eandem de illo habens opinionem.

Vers. 33.

σκεν, ὃ ἀπεκρίθη; ἀπὸ τῶν πιςευόντων εἰς αὐτόν.
καὶ γὰρ καὶ ὅπερ ἀνωτέρω εἶπε, τὸ οἶδα, q) ὅτι q) Io. 11, 24.
ἀναςήσεται ἐν τῇ ἀναςάσει, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ·
ὑπ᾽ 9) αὐτῦ τε τῦ χριςῦ διδάσκοντος ἔμαθε, καὶ
ἀπὸ τῶν μαθητῶν αὐτῦ. πολλάκις γὰρ παρ᾽ αὐ-
ταῖς μετ᾽ αὐτῶν ἐξενοδοχεῖτο.

Verſ. 28. Καὶ — φωνεῖ σε. Προσδοκή-
σασά τι ἀγαθὸν ἀπὸ τῶν λόγων αὐτῦ, τρέχει,
καὶ καλεῖ τὴν ἀδελφὴν λάθρα, ἵνα μὴ οἱ παρόν-
τες ἰουδαῖοι τῦτο γνῶσι, καὶ ἴσως καταμηνύσω-
σιν αὐτὸν τοῖς ἐπιβυλεύουσιν. εἶπε δὲ, ὅτι φωνεῖ
σε, ἵνα θᾶττον ἀπαντήσῃ.

Verſ. 29. Ἐκείνη — αὐτόν. Ὑπὸ πολ-
λῆς μάλα τῆς πρὸς αὐτὸν τιμῆς.

Verſ. 30. Οὔπω — μάρθα. Ἦν ἔτι
ἐκεῖ, διδάσκων τὺς σὺν αὐτῷ, καὶ προφάσει τῦ
διδάσκειν, περιμένων αὐτὰς, ἵνα μὴ δόξῃ ἐπιπη-
δᾶν, ὡς φιλόδοξος, τῷ θαύματι. ἢ τοῦτο εἶπεν
ὁ εὐαγγελιςὴς, ἐμφαίνων, ὅτι καὶ ἡ καλέσασα,
καὶ ἡ κληθεῖσα τοσοῦτον ὀξέως ἔδραμον, ὡς προ-
φθάσαι αὐτὸν ἐκεῖ.

Verſ. 31. Οἱ οὖν ἰουδαῖοι — ἐκεῖ. Ἠκο-
λέθησαν μὲν, καθέξοντες, εἴ πυ τί μέλλοι καθ᾽
ἑαυτῆς διαπράξαθαι. γεγόνασι δὲ μάρτυρες τῦ
θαύματος ἀπαράγραπτοι.

Verſ. 32. Ἡ οὖν μαρία — ἀδελφός. Εἰ
καὶ θερμοτέρα ἦν τῆς ἀδελφῆς πρὸς τὴν εἰς αὐ-
τὸν τιμήν· καὶ γὰρ r) αὐτὴ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας
αὐτῦ· ἀλλά γε τὰ αὐτὰ λέγει, τὴν αὐτὴν καὶ
αὐτὴ περὶ αὐτῦ ὑπόληψιν ἔχυσα.

9) ἀπ᾽. A.
r) Forte αὕτη.

Verſ. 33. *Ieſus — ſpiritu et turbauit ſeipſum.* Non ea dixit ad illam, quae ſorori dixerat: tum propter eos, qui ſimul aduenerant, tum etiam, quod ſciret futurum eſſe, vt per otium eadem ab illa diſceret. Iam autem commota in ipſo humana natura ad compaſſionem (Solent namque qui humani ſunt, alios videndo lachrymantes, excitari ad miſericordiam).

Infremuit ſpiritu, hoc eſt, affectum cohibuit, ipſum reprimens; torue ac auſtere prae turbatione intuitus eſt: ne cum lachrymis interrogaret.

Nam ſpiritus dicitur hic turbationis affectus. Quum autem infremuiſſet, turbauit ſeipſum ſiue concuſſit: contingit enim, vt concutiantur ſuperiores corporis partes eorum, qui ita infremunt.

Quidam vero Spiritum intelligentes diuinitatem eius, interpretantur, quod acriter humanae naturae comminatus eſt per diuinitatem: et concuſſit eam comminatione perterritam.

Verſ. 34. *Et — v. 35. Ieſus.* Tanquam homo et interrogat et lachrymatur, aliaque facit, quaecunque eſſe hominem ipſum confirmant: tanquam Deus vero quatriduanum ac olidum iam mortuum ſuſcitat, caeteraque operatur, quaecunque teſtantur eum eſſe Deum. Vult enim vtramque ſui naturam agnoſci, et ideo nunc quidem humano more, nunc vero diuino, varia demonſtrat.

Verſ. 36. *Dicebant — eum.* Videntes eum lachrymantem.

Verſ. 37. *Quidam — moreretur.* Impotentiam ei exprobrant, et ironice dicunt, Qui caeci oculos aperuit: eo quod iſtud non fecerit, nec illud

Verf. 33. Ἰησοῦς — πνεύματι.²) Οὐκ εἶπε πρὸς αὐτὴν, ἃ καὶ πρὸς τὴν ἀδελφὴν, διὰ τοὺς συνελθόντας· ἅμα δὲ καὶ ἐγίνωσκεν, ὅτι μαθήσεται ταῦτα παρ' ἐκείνης κατὰ σχολήν. κινηθείσης δὲ ἤδη τῆς ἐν αὐτῷ ἀνθρωπίνης φύσεως εἰς συμπάθειαν· τὸ γὰρ ὁρᾶν ἑτέρους δακρύοντας ἐρεθίζειν οἶδε πρὸς οἶκτον τοὺς φιλανθρώπους.

Ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, τουτέστιν, ἐπετίμησε τῷ πάθει, ἀναχαιτίζων αὐτὸ, δριμύ τι καὶ αὐστηρὸν ἐνέβλεψε τῇ συγχύσει, ἵνα μὴ μετὰ δακρύων ποιήσηται τὴν ἐρώτησιν.

Πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα νοεῖται, τὸ πάθος τῆς συγχύσεως. ἐμβριμησάμενος δὲ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, ἤγουν, διέσεισε. συμβαίνει γὰρ τινάσσεσθαι τὰ ἀνωτέρω μέρη τῶν οὕτως ἐμβριμωμένων.

Τινὲς δὲ πνεῦμα, τὴν θεότητα αὐτοῦ νοοῦντες, ἑρμηνεύουσιν, ὅτι ἐνεβριμήσατο τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν τῇ θεότητι, καὶ ἐκλόνησεν αὐτὴν φοβηθεῖσαν τὴν ἐμβρίμησιν.

Verf. 34. Καὶ — v. 35. ἰησοῦς. Ὡς ἄνθρωπος μὲν καὶ ἐρωτᾷ, καὶ δακρύει, καὶ τἄλλα ποιεῖ, ὅσα βεβαιοῦσιν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν· ὡς δὲ θεὸς, ἀνιστᾷ τὸν τεταρταῖον καὶ ὀδωδότα νεκρὸν, καὶ τὰ λοιπὰ ἐνεργεῖ, ὅσα μαρτυροῦσιν, ὅτι θεός ἐστιν. βούλεται γὰρ ἀμφοτέρας αὐτοῦ τὰς φύσεις διαγινώσκεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἀνθρωποπρεπῶς, τὰ δὲ θεοπρεπῶς ἐπιδείκνυται.

Verf. 36. Ἔλεγον — αὐτόν. Ἰδόντες αὐτὸν δακρύσαντα.

Verf. 37. Τινὲς — ἀποθάνῃ. Ἀδυναμίαν ὀνειδίζουσιν αὐτῷ, καὶ εἰρωνευόμενοι λέγουσιν, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ· ἀπὸ τοῦ μὴ

 ποι-

²) καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, quod mei omittunt, interpres expreſſit. Vocabulum ἐκλόνησεν, in fine ſcholii, videtur etiam tueri haec.

illud fecisse arbitrantes. Ignorant siquidem id, quod facturus est, illo maius esse: nam maius est mortem, quae iam aduenerit ac dominata sit, repellere, quam accedentem prohibere.

Vers. 38. *Iesus — monumentum.* Lachrymatus quidem est, sinens naturam, quae sua sunt, ostendere: modicam lachrymandi super mortuos mensuram tradens nobis. Deinde rursum infremit, ac affectum cohibet, vetans, ne vltra modum progrediatur.

Vers. 38. *Erat — v. 39. lapidem.* Quare non suscitauit eum imposito lapide? Vt qui lapidem sustulissent, et primi grauem sensissent odorem, potissimum miraculo testimonium exhiberent. Siquidem etiam propter hoc non resuscitauit eum absens, sed cum multis venit ad monumentum, et reuinctum fasciis sepulchralibus ac sudario excitauit, iussitque, vt soluerent eum, ad infallibilem miraculi demonstrationem, vt ab his omnibus veritas testimonium acciperet: et ne rursum, quemadmodum de caeco, vlla remanere posset ambiguitas.

Vers. 39. *Dicit — est.* Iam olet, et ideo impossibile est, eum resuscitare iam curruptum. Nam praedictum est, quod nondum de eo conuenientem habebat opinionem: nec ea, quae sibi ille dixerat, intellexit.

Vers. 40. *Ait — Dei?* Verisimile est enim, hoc etiam eum dixisse illi: Aut hoc sibi volebant, quae illi dixerat.

Vers. 41. *Sustulerunt — mortuus.* Sustulerunt eum a loco in quo iacebat.

Vers. 41.

?) οἱ, abest. A.

ποιῆσαι τοῦτο, κἀκεῖνο ψευδὲς οἰόμενοι. ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι, ὃ μέλλει ποιῆσαι, μεῖζόν ἐστι. τοῦ γὰρ κωλῦσαι ἐπιόντα τὸν θάνατον, μεῖζον τὸ παραγενόμενον ἤδη καὶ κυριεύσαντα ἀπελάσαι αὐτόν.

Vers. 38. Ἰησοῦς — μνημεῖον. Ἐδάκρυσε μὲν ἀφεὶς τὴν φύσιν ἐνδείξασθαι τὰ ἑαυτῆς· ὀλίγον δὲ, μέτρα τῶν ἐπὶ νεκροῖς δακρύων παραδιδοὺς ἡμῖν. εἶτα πάλιν ἐμβριμᾶται τῷ πάθει, κωλύων ἐκπεσεῖν εἰς ἀμετρίαν.

Vers. 38. Ἦν — v. 39. λίθον. Διατί οὐκ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐπικειμένου τοῦ λίθου; ἵνα[3]) οἱ τὸν λίθον ἄραντες, καὶ πρῶτοι τῆς ὀσμῆς ὀσφρανθέντες, αὐτοὶ μαρτυρήσωσι μάλιστα τῷ θαύματι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οὐκ ἀπὼν ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ μετὰ πολλῶν ἦλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ δεδεμένον κειρίαις[4]) καὶ σουδαρίῳ ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ προσέταξε λῦσαι αὐτὸν, πρὸς ἀναντίρρητον ἀπόδειξιν τοῦ θαύματος, ἵνα διὰ πάντων τούτων ἡ ἀλήθεια μαρτυρηθῇ, καὶ μὴ πάλιν, ὡς ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ, γένηταί τις ἀμφιβολία.

Vers. 39. Λέγει — ἐστιν. Ἤδη ὄζει, καὶ λοιπὸν ἀδύνατον ἀναστῆναι αὐτὸν διεφθορότα. προείρηται γὰρ, ὅτι οὔπω περὶ αὐτοῦ τὴν προσήκουσαν ὑπόληψιν εἶχεν, οὐδὲ ἃ εἶπεν αὐτῇ, νενόηκε.

Vers. 40. Λέγει — θεοῦ; Εἰκὸς γὰρ, καὶ τοῦτο εἰπεῖν αὐτῇ, ἢ τοῦτο νοῆσαι ἐδίδουν,[5]) ἃ εἶπεν αὐτῇ.

Vers. 41. Ἦραν — κείμενος. Ἦραν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τόπου, ὅπου ἦν κείμενος.

Vers. 41.

4) κηρίαις. B.
5) ἐδίδου. B. Forte ἐδίδω.

Vers. 41. *Iesus autem — me.* Vide dictiones Sursum, et Gratias ago: vt a Deo missus esse credatur. Ipse siquidem in progressu docet, hanc esse causam. Dicebant enim Iudaei, Non est hic a Deo. Sed quomodo dixit, Quia audisti me, quum precatus non sit? Non est precatus, ostendens, quod precatione opus illi non esset. Dixit autem, Quia audisti me, insinuans voluntatis identitatem: Gratias tibi ago, quia voluisti, quod ego volo.

Vers. 42. *Ego — audis.* Semper vis, quae volo: nam eadem vtrique voluntas est ac mens eadem. Deinde addit et causam huiusmodi gratiarum actionis humiliumque verborum.

Vers. 42. *Sed — dixi.* Dixi, gratias tibi ago, quia audisti me, propter imbecillitatem circumstantium.

Vers. 42. *Vt — miseris.* Nam hoc maxime necessarium erat. Qui enim credit, quod Deus eum miserit, eius etiam credet sermonibus: quum aliis, tum his, quibus se Dei esse filium ostendit: qui autem non credit, quod Deus eum miserit, is neque eius sermones suscipiet.

Vers. 43. *Et — foras.* Voce magna clamauit, ostendens, quod animam vocet non praesentem, sed procul absentem: vtque omnes, qui praesentes erant, audirent hanc autoritatiuae potestatis iussionem: et quum in opus deductam viderent, sublimiter de eo, tanquam de Deo, sentirent.

Non dixit autem, Resurge, sed veni foras: cum eo, qui mortuus fuerat, tanquam cum viuente colloquens. Siquidem apud Deum etiam mortui

*) Hentenius legit, ὅρα et εὐχαριστῶ.

Vers. 41. Ὁ δὲ Ἰησοῦς — μου. Ὁρᾷ⁷) ἄνω, καὶ εὐχαριστεῖ, ἵνα πιστευθῇ, ὅτι παρὰ τοῦ θεοῦ ἀπεστάλη. αὐτὸς γὰρ πρωϊὼν διδάσκει, ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν. ἔλεγον γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπὸ θεοῦ. ἀλλὰ πῶς εἶπεν, ὅτι ἤκουσάς μου; οὐ γὰρ ηὔξατο. οὐκ ηὔξατο μὲν, ἐμφαίνων, ὅτι οὐ δεῖται εὔξασθαι· εἶπε δὲ, ὅτι ἤκουσάς μου, ὑποδηλῶν τὸ ταὐτὸν τοῦ θελήματος. εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἠθέλησας, ὃ θέλω.

Vers. 42. Ἐγὼ — ἀκούεις. Πάντοτε θέλεις, ἃ θέλω. τὸ αὐτὸ γὰρ ἀμφοτέροις θέλημα, ἡ αὐτὴ γνώμη. εἶτα προστίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης εὐχαριστίας, καὶ τῶν ταπεινῶν ῥημάτων.

Vers. 42. Ἀλλὰ — εἶπον. Τὸ εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν περιεστώτων.

Vers. 42. Ἵνα — ἀπέστειλας. Τοῦτο γὰρ ἦν ἀναγκαιότατον. ὁ γὰρ πιστεύσας, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἀπέστειλε, πιστεύσει πάντως καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς περὶ τοῦ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ μὴ πιστεύσας, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἀπέστειλεν, οὐδὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ παραδέξεται.

Vers. 43. Καὶ — ἔξω. Φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι καλεῖ τὴν ψυχὴν οὐ παροῦσαν, ἀλλ' ἀποῦσαν πόῤῥω, καὶ ἵνα πάντες οἱ⁷) παρόντες ἀκούσωσι τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦτο κέλευσμα, καὶ ὅταν ἴδωσιν εἰς ἔργον ἐκβὰν, ὑψηλόν τι καὶ θεοπρεπὲς περὶ αὐτοῦ ἐννοήσωσιν.

Ὀυκ εἶπε δὲ ἀνάστηθι, ἀλλὰ δεῦρο ἔξω· ὡς ζῶντι τῷ τεθνηκότι διαλεγόμενος. παρὰ γὰρ τῷ θεῷ καὶ οἱ νεκροὶ ζῶσι. τοῦτο οὖν ἐστιν, ὃ ἔλεγεν· ὅτι

7) οἱ παρόντες, desunt. A.

tui viuunt. Hoc ergo est, quod dicebat, Venit tempus et nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, et qui audierint, viuent. Vide enim, quid sequatur.

Vers. 44. *Et — fasciis sepulchralibus.* Vinculis quibus mortui obuinciri solent. O maximum ac duplum miraculum! Non solum, qui iam olebat, resurrexit, sed etiam, qui obuinctus erat, exiuit a monumento. Itaque gratiarum actio, dispensationis erat, iussio ac opus, autoritatis: illa propter praesentium imbecillitatem facta est, haec autem propter eius potentiam et virtutem accidit. Propterea in praecedentibus dicebat, Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite.

Vers. 44. *Et — erat obuincta.* Parua fasciola, qua ad hoc vsque tempus vtuntur Hebraei ad tegmen capitis.

Vers. 44. *Ait — abire.* Vos eum soluite, vt et tactus ferat testimonium, quod non phantasma, sed ipse vere sit. Et sinite abire, ne cum eo ambulans laudis ac plausus causa fiat: vtque per otium perfectius scrutentur eum, qui voluerint.

Vtinam autem et mens mea in affectionum monumento sepulta, earumque fasciis alligata, ac insensibilitatis lapidem superpositum habens, et iam olida graui peccatorum odore, verbi sermone resurgeret.

Vers. 45. *Multi — v. 46. Iesus.* Non tanquam admirantes, sed quasi de praestigiatore calumniantes: hi autem sunt, qui dicebant: Non potuit hic, qui caeci oculos aperuit, facere, ne hic moreretur?

Vers. 47.

ὅτι [r]) ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκού- r) Io. 5, 28.
σονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαν-
τες ζήσονται. ὅρα γάρ.

Verf. 44. Καὶ — κειρίαις. Δεσμοῖς νεκροστολικοῖς. ὢ μεγίστου καὶ διπλοῦ θαύματος! οὐ μόνον σεσηπὼς ὢν ἀνέστη, ἀλλὰ καὶ δεδεμένος ὢν, ἐξῆλθε τοῦ μνημείου. ἡ μὲν οὖν εὐχαριστία, τῆς οἰκονομίας· τὸ δὲ κέλευσμα καὶ τὸ ἔργον, τῆς ἐξουσίας. ἐκείνη, διὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν· ταῦτα δὲ, διὰ τὴν τούτου δύναμιν. διὰ ταῦτα προλαβὼν
ἔλεγεν· εἰ οὐ [s]) ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ s) Io. 10, 37.
πιστεύετέ μοι. εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε.

Verf. 44. Καὶ — περιεδέδετο. Φακιολίῳ μικρῷ, οἵῳ χρῶνται μέχρι καὶ νῦν ἑβραῖοι καλύμματι κεφαλῆς.

Verf. 44. Λέγει — ὑπάγειν. Ὑμεῖς αὐτὸν λύσατε, ἵνα καὶ ἡ ἁφὴ μαρτυρήσῃ, ὅτι οὐ φάσμα, ἀλλ' ἐκεῖνος ὄντως ἐστὶν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν, ἵνα μὴ, μετ' αὐτοῦ περιπατῶν, εὐφημίας αὐτῷ καὶ κρότου γίνηται αἴτιος, καὶ ἵνα κατὰ σχολὴν τελεώτερον αὐτὸν [8]) περιεργάζωνται οἱ βουλόμενοι.

Εἴη δὲ καὶ τὸν ἐμὸν νοῦν, ἐντεθαμμένον μνημείῳ τῶν παθῶν, καὶ δεδεμένον κειρίαις αὐτῶν, καὶ λίθον ἀναισθησίας ἐπικείμενον ἔχοντα, καὶ ὄζοντα δυσωδίᾳ τῶν ἁμαρτιῶν, τῷ λόγῳ τοῦ λόγου ἐξαναστῆναι.

Verf. 45. Πολλοὶ — v. 46. ἰησοῦς. Οὐχ ὡς θαυμάζοντες, ἀλλὰ διαβάλλοντες, ὡς γόητα. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ εἰπόντες· οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Verf. 47.

[8]) περιεργάσωνται. A.

Verſ. 47. *Congregauerunt* — v. 48. *gentem.* Tollent, ſiue, perdent. Speciosum autem praetextum imponere volentes inſidiis, quas aduerſus ſaluatorem ſtruebant, ac populum contra eum mouere molientes, timorem cauſabantur Romanorum, quia, ſi omnes crediderint in eum, exiſtimabitur, tyrannidem meditari: venientque Romani, ac perdent vniuerſos, tanquam tyrannidis ac defectionis participes.

Atqui ipſe defectionem non docuit, quin potius cenſum Caeſari exſolui permiſit: quumque populi regem vellent eum conſtituere, aufugit, et frugaliter oberrabat, ac vitam probiſſimam omnibus proponebat; quae magis eſt tyrannidis interitus. At ipſi, quanquam non expectabant, nec timebant, ſed prae inuidia perditionem Romanorum in praetextum aſſumebant: ea tamen paſſi ſunt, quae cauſabantur: non quia Chriſto obſequuti ſunt, ſed quia ei non paruerunt. Nam propter illum traditi ſunt, vt etiam teſtatur Ioſephus. Et ipſi quidem praetextum ſumſerunt occidendi illum, ne à Romanis internecioni traderentur: quia vero occiderunt, internecioni traditi ſunt, et quae fecerunt, vt effugerent, ea quia fecerunt, non effugerunt.

Verſ. 49. *Vnus* — *Caiaphas.* †† Appellatus, nimirum.

Verſ. 49. *Cum eſſet Pontifex anni illius.* Quum in legis transgreſſionem impegiſſent, is qui potens erat, a Romanis pontificatum in annum emebat: et ipſe quidem principatum ſuo anno obtinebat:

9) Incluſa abſunt. A.
†) Vide ſupra ad Cap. VIII. verſ. 28.

Verſ. 47. Συνήγαγον — v. 48. ἔθνος. Ἀρῦσιν, ἤγουν, ἀπολέσυσιν. εὐπρόσωπον δὲ ἀφορμὴν ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ τῦ σωτῆρος ἐπιβυλῇ θέλοντες, καὶ τὸν λαὸν κινῆσαι κατ' αὐτῦ μηχανώμενοι, προφασίζονται τὸν φόβον τῶν ῥωμαίων, ὅτι ἐὰν πάντες πιςεύσωσιν εἰς αὐτὸν, ὑποπτευθήσεται τυραννίδα μελετᾷν, καὶ ἐλεύσονται οἱ ῥωμαῖοι, καὶ ἀπολέσυσι πάντας, ὡς κοινωνοὺς τῆς τυραννίδος καὶ ἀποςασίας.

† Veriſimile eſt, dictum hoc a Iudaeis eiectum eſſe poſt praedicatum euangelium: ſiquidem nunc nusquam inuenitur: aut aliam dicit ſcripturam, librorum, qui apocryphi cenſentur.

Verſ. 37. *Videbunt — pupugerunt.* Videbunt ipſum de coelo deſcendentem in die iudicii. Vide-

9) Incluſa abſunt. A.
1) Etiam haec abſunt. A.
2) Haec vterque in margine habet.

διάκεισο. εἶτα θέλων βεβαιῶσαι τὸ τοιοῦτον θαῦμα, φησί]

Verſ. 35. Καὶ — μεμαρτύρηκεν. Ὁ ταῦτα θεασάμενος, ταῦτα γέγραφεν, οὐ παρ' ἑτέρου τινὸς ἀκούσας.

Verſ. 35. Καὶ — μαρτυρία. Ὡς ἰδόντος τὰ, περὶ ὧν μαρτυρεῖ, καὶ ὡς προηγουμένως περὶ ὕβρεως τοῦ διδασκάλου γράφοντος. ὕβρεως γὰρ ἡ νύξις τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ, εἰ καὶ θαῦμα ταύτῃ ἐπηκολούθησε.

Verſ. 35. Κἀκεῖνος — λέγει. [Ἀκριβῶς τοῦτο[9]) οἶδεν, οἷα παρὼν τότε, καὶ ὁρῶν, εἰ καὶ ἰουδαῖοι ψεύδεσθαι αὐτὸν ἐνίστανται.]

Verſ. 35. Ἀλλ' — πιστεύσητε. Ἀλλὰ ταῦτα γέγραφεν, ἵνα ὑμεῖς, οἱ πιστοὶ, πιστεύσητε καὶ περὶ τούτου.

Verſ. 36. Ἐγένετο — πληρωθῇ. [Ἡ γεγραμμένη[1]) ἐν τῷ μωσαϊκῷ νόμῳ, καὶ λέγουσα.]

Verſ. 36. Ὀστοῦν — αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ περὶ τοῦ τυπικοῦ ἀμνοῦ ἐδόκει γεγράφθαι, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀληθινοῦ ἐγέγραπτο, προδηλοῦσα τὸ γεγενημένον νῦν.

Verſ. 37. Καὶ πάλιν — λέγει. Προφητική.

[Εἰκὸς[2]) δὲ τουτὶ τὸ ῥητὸν ἐκβληθῆναι παρ' ἰουδαίων μετὰ τὸ εὐαγγέλιον. οὐδαμοῦ γὰρ εὑρίσκεται νῦν[3]) ἢ ἑτέραν γραφὴν λέγει, τῶν λεγομένων ἀποκρύφων βίβλων.]

Verſ. 37. Ὄψονται — ἐξεκέντησαν. Ὄψονται αὐτὸν, ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ

3) Ante ἤ, de ſuo interpoſuit Hentenius haec: *Dicit hic*

Videbunt, inquit, filium hominis venientem in nubibus coeli cum potestate et gloria multa.

Cap. XVIII. De petitione corporis domini.

Vers. 38. *Post haec — Iesu.* Lege, quae sunt enarrata in fine praememorati sexagesimi septimi capitis, vbi habetur: Quum serum autem factum esset, venit homo diues ab Arimathaea nomine Ioseph.

Vers. 38. *Et — v. 40. sepelire.* Sexagesimo octauo capite euangelii secundum Matthaeum per ordinem de his etiam omnibus inuenies. Quando autem Nicodemus venerit ad Iesum nocte, dictum est tertio capite praesentis euangelii.

† Imitemur nobilem hunc senatorem, seu consiliarium, nobilia consulentes ac decernentes de dominici corporis participatione: et preciose vngentes suaui virtutum odore, mundaque conscientiae sindone illud inuoluentes, ac cordis monumento nouo, omnique immunditia purificato, sepelientes.

Vers. 41. *Erat — v. 42. Iesum.* Praedicto capite euangelii iuxta Matthaeum de hoc quoque scriptum est. Volebant itaque hunc in alio digniore monumento, quod longius a ciuitate distabat, collocare: sed propter parasceuen Iudaeorum,

hic nusquam inueniri, quia Graece solum nouerat: porro in Graeca translatione septuaginta interpretum non habetur: legimus tamen illud in Latina ex Hebraeo translatione Zachariae duodecimo.

4) Inclusa absunt. A.

5) Haec duo vocabula omittit Hermenius.

ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. [ὄψονται [4]) γάρ, φησι, τὸν [m]) υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.] m) Matt. 24, 30.

Κεφ. ΙΗ. Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ κυριακοῦ σώματος.

Vers. 38. Μετὰ ταῦτα — ἰησοῦ. Ἠρώτησε [5]) παρεκάλεσεν. ἀνάγνωθι τὰ ἐξηγηθέντα ἐν τῷ τέλει τοῦ προμνημονευθέντος ἑξηκοστοῦ ἑβδόμου κεφαλαίου ἔνθα τό [n]) ὀψίας [6]) δὲ γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ ἀριμαθαίας, ὀνόματι ἰωσήφ. n) Matt. 27, 57.

Vers. 38. Καὶ — v. 40. ἐνταφιάζειν. Ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον καθεξῆς καὶ περὶ τούτων πάντων εὑρήσει. πότε δὲ ὁ νικόδημος ἦλθε πρὸς τὸν χριστὸν νυκτός, εὕρηται ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ παρόντος εὐαγγελιστοῦ.

[Μιμησώμεθα [7]) τὸν εὐσχήμονα βουλευτήν, εὐσχημόνως βουλευόμενοι περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, καὶ μυρίζοντες φιλοτίμως ταῖς ἀπὸ τῶν ἀρετῶν εὐωδίαις, καὶ καθαρᾷ σινδόνι συνειδήσεως ἑλίσσοντες αὐτό, καὶ καινῷ μνήματι καρδίας καὶ πάσης ἀκαθαρσίας ἀπηλλαγμένῳ ἐναποτιθέμενοι.]

Vers. 41. Ἦν — v. 42. ἰησοῦν. Ἐν τῷ ῥηθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον καὶ περὶ τούτου ἱστόρηται. [ἐβούλοντο μὲν [8]) οὖν ἐν ἑτέρῳ ἀξιολογωτέρῳ μνημείῳ τοῦτον θεῖναι, πορρωτέρῳ τῆς πόλεως· διὰ δὲ τὴν παρασκευὴν τῶν ἰουδαίων, ἤγγιον,

6) ὀψίας, γενομένης, ceteris omissis. A.
7) Haec vterque in margine.
8) Inclusa absunt. A.

rum, quae videlicet a Iudaeis ad vesperam obseruabatur, quo tempore fas non erat aut longius ambulare, aut amplius operari, magis autem, quia et pascha aduenerat, in propinquo posuerunt eum, diuina gratia ita dispensante, vt et discipulae conspicerent, vbi poneretur, et discipuli possent propter propinquitatem proficisci, ac viderent, quae postmodum facta sunt miracula.

Cap. XX. v. 1. *Vno autem sabbathorum.*

In praedicto capite, vbi dicitur, Vespera autem sabbathorum, quae lucescit in vnum sabbathorum: lege, quae sunt enarrata.

Vers. 1. *Maria* — v. 2. *eum.* Hoc etiam loco, quae circa alias mulieres acta sunt, praetermisit, tanquam ab aliis dicta: quae vero Mariae Magdalenae acciderunt, vtpote ab aliis silentio praeterita, exponuntur. Lege itaque praedicto capite ab eo loco, Vespera autem sabbathorum, quae lucescit in vnum sabbathorum, vsque dum dicitur, Vndecim vero discipuli profecti sunt in Galilaeam: et omnia ad verbum explanata inuenies, eandemque quatuor euangelistarum consonantiam, ac corpus historiae vnum.

Petro autem et Iohanni loquitur Magdalene: illi quidem, tanquam omnium summo, huic vero, tanquam dilecto, et qui amplius, quam caeteri, diligebant Iesum: soli enim inter omnes sequuti fuerant eum, quum ligatus abducebatur ad Annam et Caiapham.

Vers. 3. *Exiuit* — *monumentum.* Nulli aliorum quicquam dicentes: insuper et Iudaeos ac custodes prae feruore contemnentes.

Vers. 4.

*) Etiam haec desunt. A.

ἡμέραν, τὴν παρατετηρημένην πρὸς ἑσπέραν τοῖς ἰουδαίοις, ὅτε οὐκ ἦν θέμις ἢ πορρωτέρω βαδίζειν, ἢ ἔτι ἐργάζεσθαι· καὶ μᾶλλον, ὅτι καὶ τὸ πάσχα τότε κατέλαβεν, εἰς τὸ πλησιάζον ἔθηκαν αὐτὸν, τῆς θείας προνοίας οὕτως οἰκονομησάσης, ἵνα καὶ αἱ μαθήτριαι θεωρήσωσι, ποῦ τίθεται· καὶ οἱ μαθηταὶ δύνωνται ἀπέρχεσθαι, διὰ τὴν ἐγγύτητα, καὶ θεασῶσι τὰ μετὰ τοῦτο τερατουργηθέντα ἐκεῖ παράδοξα.]

Cap. XX. v. 1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων.

[Ἐν τῷ λεχθέντι*) κεφαλαίῳ, ἔνθα κεῖται τό· ὀψὲ[o]) σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· ἀνάγνωθι τὰ ἐξηγηθέντα.] o) Matth. 28, 1.

Verſ. 1. Μαρία — v. 2. αὐτόν. Κἀνταῦθα τὰ μὲν περὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν παρέδραμεν, ὡς προϊςορηθέντα τοῖς ἄλλοις· τὰ δὲ κατὰ τὴν μαγδαληνὴν ἐκτίθεται, ὡς ἐκείνοις σεσιωπημένα. λοιπὸν οὖν ἀνάγνωθι ἐν τῷ εἰρημένῳ κεφαλαίῳ, ἀπὸ τοῦ· ὀψὲ[p]) σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἄχρι τοῦ· οἱ[q]) δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν γαλιλαίαν· καὶ εὑρήσεις πάντα κατὰ λόγον ἡρμηνευμένα, καὶ ἁρμονίαν μίαν τῶν τεσσάρων εὐαγγελιςῶν, καὶ σῶμα τῆς ἱςορίας ἕν. p) Matth. 28, 1. q) Matt. 28, 16.

Τῷ πέτρῳ δὲ καὶ τῷ ἰωάννῃ διαλέγεται ἡ μαγδαληνή· τῷ μὲν, ὡς κορυφαίῳ· τῷ δὲ, ὡς ἠγαπημένῳ, καὶ ὡς πλέον τῶν ἄλλων ἀγαπῶσι τὸν κύριον. καὶ γὰρ μόνοι τούτῳ ἠκολούθησαν, ἀπαγομένῳ δεσμίῳ πρὸς ἄνναν καὶ καϊάφαν.

Verſ. 3. Ἐξῆλθεν — μνημεῖον. Μηδενὶ μὲν τῶν ἄλλων μηδὲν εἰπόντες, καταφρονήσαντες δὲ, καὶ τῶν ἰουδαίων, καὶ τῶν φυλάκων, ὑπὸ θερμότητος.

Verſ. 4. *Currebant — ſimul.* Simili feruore et ſe, et caetera deſpicientes.

Verſ. 4. *Et — monumentum.* Tanquam robuſtior vigore corporis.

Verſ. 5. *Et — linteamina.* Funeralia, puta, ſindonem.

Verſ. 5. *Non tamen introiuit.* Tremore detentus, aut his iam contentus.

Verſ. 6. *Venit — monumentum.* Nullo iam metu oppreſſus, quo prioris culpam timiditatis abſtergeret, aut diligentius ſcrutari volens. Inuicem itaque ſe ambo vicerunt: Iohannes quidem praecurrendo: Petrus vero in monumentum introeundo.

Quaere etiam octogeſimo ſecundo euangelii iuxta Lucam capite, vbi dicitur, Petrus vero ſurgens cucurrit ad monumentum: ac enarrationem lege ſuper id, quod habetur, Admirans, quod factum erat, ad hunc locum maxime neceſſariam.

Verſ. 6. *Et — v. 7. locum.* Quorum vtrumque ſignum etiam erat infallibile reſurrectionis. Neque enim, ſi quis eum transpoſuiſſet, certe denudaſſet: neque ſi furatus eſſet, curam habuiſſet, vt et ſudarium inuolueret, poneretque in vnum locum, ſiue in alterum a linteaminibus ſeparatum, ſed ita, vt ſitum erat corpus, aut transpoſuiſſet, aut furatus fuiſſet: veritus ſuperfluum tempus in negotio conſumere, ne quo modo in furto deprehenderetur, extremumque lueret ſupplicium.

Praeterea etiam, quum myrrha, cum qua ſepultus erat, maxime eſſet ei adglutinata, et ſindonem

[1]) Incluſa abſunt. A.
[2]) ἀπορρίψηται. A. Illud Hentenius legit. Atque ita etiam eſt ad Io. 19, 7.

Vers. 4. Ἔτρεχον — ὁμοῦ. [Τῇ ὁμοίᾳ[1]) θερμότητι ἁμιλλώμενοι.]

Vers. 4. Καὶ — μνημεῖον. Ὡς ἀκμαιότερος τὸν τόνον τοῦ σώματος.

Vers. 5. Καὶ — ὀθόνια. Τὰ ἐντάφια, τὴν σινδόνα.

Vers. 5. Ου μέντοι εἰσῆλθεν. Φρίξας, ἢ ἀρκεσθείς.

Vers. 6. Ἔρχεται — μνημεῖον. Μὴ δειλιάσας, ἵνα τὸ τῆς προτέρας δειλίας ἀποτρίψηται[2]) ἔγκλημα, ἢ ἀκριβέστερον ἐρευνῆσαι βουλόμενος. ἐνίκησαν οὖν ἀλλήλους ἄμφω, ἰωάννης μὲν τῷ[3]) προδραμεῖν· πέτρος δὲ, τῷ εἰσελθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον.

[Ζήτησον[4]) καὶ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ λουκᾶν τό· ὁ[r]) δὲ πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐξηγηθέντα εἰς τό· θαυμάζων[s]) τὸ γεγονὸς, πάνυ ἀναγκαῖα ὄντα πρὸς τὰ παρόντα.]

r) Luc. 24, 12.
s) Luc. 24, 12.

Vers. 6. Καὶ — v. 7. τόπον. Ἃ καὶ ἄμφω σημεῖα ἦσαν τῆς ἀναστάσεως ἀναντίῤῥητα. οὔτε γὰρ, εἰ μετέθηκέ τις αὐτὸν, ἐγύμνωσεν ἄν, οὔτε, εἰ ἔκλεψεν, ἐφρόντισεν ἂν, ὥστε καὶ τὸ σουδάριον ἐπιμελῶς ἐντυλίξαι καὶ θεῖναι εἰς ἕνα τόπον, ἤγουν, εἰς ἕτερον παρὰ τὸν τῶν ὀθονίων· ἀλλ᾽ οὕτως, ὡς εἶχε, τὸ σῶμα μετέθηκεν ἄν, ἢ ἔκλεψε, δεδιὼς τοσοῦτον ἀναλῶσαι καιρὸν εἰς πρᾶγμα περιττὸν, μήποτε κατάφωρος γένηται, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑφέξῃ δίκην.

Ἄλλως τε, καὶ τῆς σμύρνης κολλωδεστάτης οὔσης, μεθ᾽ ἧς ἦν ἐντεταφιασμένος, καὶ τὴν σιν-

3) δραμεῖν. B.
4) Inclusa absunt. A.

nem tenacissime ei adhaerere faceret, sic, vt iam coalita, nullo modo posset auelli: propterea haec seorsim a se inuicem posita erant: et sudarium inuolutum erat, vt disceremus, quod cum autoritate, omnique securitate surrexerat. Sudarium autem erat parua quaedam fasciola, quali etiam facies Lazari, qui fuerat mortuus, erat obuincta.

Vers. 8. *Tunc — monumentum.* Vocatus a Petro.

Vers. 8. *Et — credidit.* Quum resurrectionis signa vidisset indubitata.

Vers. 9. *Nondum — resurgere.* Causam reddit, cur prius non crediderint mulieribus, quae eis resurrectionem annuntiauerant, sed visa sunt coram ipsis tanquam deliramentum verba earum, sed neque duobus ex eis qui abierant rus: et dicit, quod nondum intelligebant scripturam, de eius resurrectione docentem: haec autem multiplex est, in diuersis psalmis Dauidicis sermonibusque propheticis sparsa.

Vers. 10. *Abierunt — discipuli.* Ad suum diuersorium.

Vers. 11. *Maria — foris.* Venerat enim post Petrum et Iohannem, quum non potuisset simul cum eis currere, et nec reuertentibus occurrit, vt quippiam firmius etiam ipsa disceret.

Vers. 11. *Dum — v. 12. albis.* Palliis videlicet: hi autem erant, qui etiam prius ei apparuerant, et iis, quae cum ea erant. Quomodo ergo

5) *ἐνετύλικτο.* B. Fortasse ergo legendum *ἐντετύλικτο* vt pag. 627. vers. 24.

λόγῳ προσκολλώσης αὐτῷ λίαν συμφυῶς καὶ ἀνακοσπάσεως. διὰ τοῦτο γοῦν ταῦτα χωρὶς ἀλλήλων ἔκειντο, καὶ τὸ σουδάριον[5]) ἐντετύλικτο, ἵνα μάθωμεν, ὅτι κατ' ἐξουσίαν ἀνέστη, καὶ πᾶσαν ἄδειαν. τὸ σουδάριον δὲ ἦν, φακιόλιόν τι μικρὸν, οἵῳ καὶ ὁ τεθνηκὼς λάζαρος τὴν ὄψιν περιεδέδετο.

Verſ. 8. Τότε — μνημεῖον. [Κληθεὶς[6]) παρὰ τοῦ πέτρου.]

Verſ. 8. Καὶ — ἐπίστευσε. Θεασάμενος σημεῖα τῆς ἀναστάσεως ἀναμφίβολα.

Verſ. 9. Οὐδέπω — ἀναστῆναι. [Ἀπολογεῖται,[7]) πῶς οὐκ ἐπίστευσαν πρότερον ταῖς γυναιξὶν, εὐαγγελισαμέναις αὐτοῖς τὴν ἀνάστασιν· ἀλλ' ἐφάνησαν[t]) ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς[v]) πορευομένοις εἰς ἀγρὸν δυσὶν ἐξ αὐτῶν. καὶ φησὶν, ὅτι] οὔπω ἐνόουν τὴν γραφὴν, τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ διδάσκουσαν· διάφορος δὲ αὕτη, ἐν διαφόροις ψαλμοῖς δαυϊτικοῖς καὶ λόγοις προφητικοῖς κατεσπαρμένη.

t) Luc. 24, 11.
v) Matt. 16, 12.

Verſ. 10. Ἀπῆλθον — μαθηταί. Πρὸς τὴν ἑαυτῶν καταγωγήν.

Verſ. 11. Μαρία — ἔξω. Ὑστέρησε γὰρ τοῦ πέτρου καὶ ἰωάννου, μὴ δυνηθεῖσα συντρέχειν αὐτοῖς, καὶ οὐδὲ[8]) στρεφομένοις συνήντησε τούτοις, ἵνα καὶ μάθῃ τι βεβαιότερον.

Verſ. 11. Ὡς — v. 12. λευκοῖς. Περιβλήμασι, δηλονότι. οὗτοι δὲ ἦσαν, οἱ καὶ πρότερον[9]) ὀφθέντες αὐτῇ τε καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ. καὶ πῶς

6) Incluſa abſunt. A.
7) Etiam haec abſunt. A.
8) Forte ἀναστρεφομένοις, aut ὑποστρεφομένοις.
9) πέτρῳ, pro πρότερον. A. Male.

ergo hi non apparuerunt Petro et Iohanni? Quia futurum erat, vt illis tanquam prudentioribus ad fidem sufficerent ea, quae viderant.

Verſ. 12. *Sedentes — Iesu.* Sedebant quidem propter eam: ſplendidi vero alacriter propter gaudium.

† Chriſti ſepulchro adſiſtunt angeli ad credulitatem permanentes: vtque ſurrexiſſe docerent, et non furto ſublatum eſſe.

Verſ. 13. *Et — ploras?* Quum ipſa non auderet eos interrogare, illi ei loquuntur.

Verſ. 13. *Ait — eum.* Putabat enim, ab his, qui ſepelierant, eum fuiſſe transpoſitum.

Verſ. 14. *Et — ſtantem.* Et quomodo, priusquam vllum accepiſſet reſponſum ab his, qui eum interrogauerant, repente conuerſa eſt retrorſum? Quia ſubito apparente Chriſto poſt eam, angeli, viſo domino ſuo, ſtatim ſurrexerunt, cum tremore, more ſeruorum in eum intuentes. Conuerſa eſt ergo, vt videret, quis illis apparuiſſet.

Verſ. 14. *Et — eſſet.* Apparuit enim ei alia ſpecie, et viliori ac communiori habitu, ne repente conſternaretur.

Verſ. 15. *Dicit — tollam.* A communi habitu, et quia in horto erat, arbitrata eſt, hortulanum eſſe. Neque enim vocem eius agnouit, more inſueto prolatam. Putabat autem, vt dictum eſt, transpoſitum eum eſſe in tutiorem alium locum, et ab hortulano aſportatum. Dic mihi, inquit, vbi

¹) Forte σφοδρῶς legit Hentenius.
²) Haec vterque in margine.
³) Incluſa deſunt. A.
⁴) Etiam haec abſunt. A.

πῶς οὐκ ἐφάνησαν αὐτοῖ τῷ πέτρῳ καὶ ἰωάννῃ; ὅτι ἐκείνοις ἔμελλον ἀρχεῖν πρὸς πίστιν, ἃ ἐθεάσαντο, συνετωτέροις οὖσι.

Verſ. 12. Καθεζομένους — Ἰησοῦ. Ἐκαθηντο μὲν, δι' αὐτήν· φαιδροὶ δὲ [1]) φαιδρῶς, διὰ τὴν χαράν.

[Οἱ [2]) τῷ τάφῳ τοῦ χριστοῦ προσεδρεύοντες ἄγγελοι, πρὸς πίστιν παρέμενον καὶ διδασκαλίαν τοῦ ἐγηγέρθαι, ἀλλὰ μὴ κεκλέφθαι τὸν κύριον.]

Verſ. 13. Καὶ — κλαίεις; [Μὴ τολμώσης [3]) αὐτῆς ἐρωτῆσαι αὐτοὺς, αὐτοὶ διαλέγονται αὐτῇ.]

Verſ. 13. Λέγει — αὐτόν. Ὠιετο γὰρ, ὑπὸ τῶν θαψάντων μετατεθῆναι αὐτόν.

Verſ. 14. Καὶ — ἑστῶτα. Καὶ πῶς μήπω μηδὲν μαθοῦσα παρὰ τῶν ἐρωτησάντων, αἰφνίδιον ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω; ὅτι τοῦ χριστοῦ ἐξαίφνης φανέντος ὀπίσω αὐτῆς, οἱ ἄγγελοι τὸν δεσπότην ἑαυτῶν ἰδόντες, εὐθέως ἐξανέστησαν σύντρομοι, δουλοπρεπῶς ἀτενίζοντες εἰς αὐτόν. ἐστράφη οὖν ἰδεῖν, τίς ὁ φανεὶς αὐτοῖς.

Verſ. 14. Καὶ — ἐστιν. [Ἐφάνη [4]) γὰρ αὐτῇ ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, καὶ ἐν εὐτελεστέρῳ καὶ κοινῷ σχήματι, ἵνα μὴ ἀθρόον καταπλαγῇ.]

Verſ. 15. Λέγει — ἀρῶ. Ἀπό τε τοῦ κοινοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἶναι ἐν τῷ κήπῳ, ὑπέλαβεν, ὅτι ὁ κηπουρός ἐστιν. οὐδὲ γὰρ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἐγνώρισεν, ἀσυνήθη ἐνηχηθεῖσαν. ᾤετο δὲ, ὡς εἴρηται, μετατεθῆναι μὲν αὐτὸν εἰς ἕτερον τόπον ἀσφαλέστερον· βαστασθῆναι δὲ παρὰ τοῦ κηπουροῦ. [εἰπέ μοι, [5]) οὐκ φησὶν, ποῦ ἔθηκας

5) Incluſa abſunt. A.

vbi posueris eum, et ego eum tollam, in alium reposituri locum, ab insidiis tutiorem.

† Qui generabilium tantum et corruptibilium creatorem ac prouisorem putat dominum, hic pro hortulano eum cognoscit. Idcirco etiam huius contactum fugit dominus, quod apud illum nondum ascenderit ad dignitatem ac aequalitatem patris: siquidem eo indigni sunt, qui cum huiusmodi opinione ad eum accedunt.

Vers. 16. *Dicit — Magister.* Nunc composita voce, specie et habitu, vt facilius cognosceretur, dedit ei horum notitiam, statimque illum agnouit, clamans prae laetitia, Magister. Sed quomodo conuersa dicit, si iam cum eo loquebatur? Quia, quum id dixisset, quod loquebatur, conuersa est ad angelos, vt videret, an adessent: vel vt interrogaret, quid illos in stuporem adduxisset: statimque Christo eam vocante, rursus ad ipsum conuersa est.

Vers. 17. *Dicit — noli me tangere.* Nam se ad tangendum pedes eius aptabat, sicut solebat. Prohibet autem, ne deinceps accedat ad eum modo, quo prius, quum iam diuinior facta sit caro eius.

Vers. 17. *Nondum — meum.* Hoc ad nullum alium dixit finem, vt ait Chrysostomus, nisi, vt solum intelligeret, quod sublimior sit, magisque venerandus. Nam qui nititur cum corpore ad Deum ac patrem ascendere, manifestum est, quod corporis fragilitatem abiecerat.

Atqui paulo ante ipsa et altera Maria tenuerant pedes eius, sicut scripsit Matthaeus: sed tunc quidem

*) In margine haec habet Codex vterque.
†) καὶ omittit. B.

κας αὐτὸν, κᾀγὼ αὐτὸν ἀρῶ, εἰς ἄλλον καταθήσουσα τόπον ἀνεπιβουλευτότερον.]

[Ὁ μόνων [6]) τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δημιουργὸν καὶ προνοητὴν νομίζων τὸν κύριον, οὗτος εἰς κηπουρὸν παραγνωρίζει αὐτόν· διὸ καὶ φεύγει τούτου καὶ [7]) τὴν ἁφὴν, ὁ δεσπότης, ὡς μήπω παρ' αὐτῷ ἀναβὰς πρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ἰσότητα τοῦ πατρός. ἀνάξιοι γὰρ αὐτοῦ οἱ μετὰ τοιαύτης ὑπολήψεως αὐτῷ προσερχόμενοι.]

Vers. 16. Λέγει — διδάσκαλε. Νῦν, καταστήσας τὴν φωνὴν καὶ τὴν μορφὴν καὶ τὸ σχῆμα πρὸς τὸ γνωριμώτερον, δέδωκεν αὐτῇ αἴσθησιν αὐτῶν, καὶ αὐτίκα τοῦτον ἐπιγνοῦσα, ἐβόησεν ὑπὸ περιχαρείας· διδάσκαλε. [ἀλλὰ, [8]) πῶς στραφεῖσα λέγει, εἴγε πρὸς αὐτὸν διελέγετο; διότι εἰποῦσα, ὅπερ εἶπε, μετεστράφη πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἰδεῖν, εἰ πάρεισιν, ἢ ἐρωτῆσαι, τίς ὁ ἐκπλήξας αὐτούς· εὐθὺς δὲ τοῦ χριστοῦ καλέσαντος αὐτὴν, ἐστράφη πάλιν πρὸς αὐτόν.]

Vers. 17. Λέγει — μή μου ἅπτου. Ὥρμησε γὰρ ἅψασθαι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὡς εἰώθει. κωλύει δὲ αὐτὴν προσφέρεσθαι αὐτῷ τοῦ λοιποῦ, καθὼς τὸ πρότερον, θειοτέρας ἤδη τῆς σαρκὸς αὐτοῦ γενομένης.

Vers. 17. Οὔπω — μου. Τοῦτο εἶπε δι' οὐδὲν ἕτερον, ὡς ὁ χρυσόστομός φησιν, [9]) ἢ μόνον, ἵνα γνῷ, ὅτι ὑψηλότερός ἐστι καὶ αἰδεσιμώτερος. ὁ γὰρ μετὰ τοῦ σώματος σπεύδων ἀναβαίνειν πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεὸν, πρόδηλον, ὅτι τὸ τοῦ σώματος ἐπίκηρον ἀπεβάλετο.

Καὶ μὴν, πρὸ βραχέος αὐτή τε καὶ ἡ ἄλλη μαρία ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, ὡς ἱστόρησεν [x]) ὁ ματ- x) Matth. 28, 9.

8) Inclusa absunt. A.
9) Tom. VIII. p. 515: A.

dem non prohibuit, permittens, vt fierent tactu certiores, non esse phantasma. Nunc autem non permittit, quia et visionis et tactus oblita erat, nec crediderat.

Vers. 17. *Sed vnde — vestrum.* Atqui non statim ascensurus erat, sed post quadraginta dies, quomodo ergo dicit, Ascendo? Vtique, vt amplius mentem eius in sublime erigeret: et adhuc confirmans, se subliniiorem ac diuiniorem esse, ac studens, vt deinceps maiori cum veneratione animum ei intenderet et auscultaret.

Praeterea verbum Ascendo, significat Ascendere volo, quod tamen ad longius tempus extendi potest.

Discipulis autem ad memoriam reuocat id, quod frequenter, priusquam traditus esset, illis dixerat. Fratres vero suos nominauit, tanquam et ipse homo, et cognatus eorum iuxta humanitatem.

Alio tamen modo patrem dixit patrem suum, et alio discipulorum: suum quidem natura, tanquam eiusdem substantiae: discipulorum vero, ratione creationis ac prouidentiae, tanquam creaturarum ac prouidentia dignorum. Deum autem et suum et discipulorum, vtpote hominum.

Et quare non simpliciter dixit, Et Deum nostrum, sed etiam hic distinxit? Quia, licet homo factus est et frater eorum, natura humanitatis: honore tamen plurimum ab eis differebat, et diuinitatis vnione ac impeccabilitate.

Vers. 18. *Venit — sibi.* Et quod ea sibi dixisset, quae videlicet ei loquutus fuerat. Et quia verisimile erat discipulos, quum haec audissent, aut non

[1]) ἐπιβεβαιῶν, omisso ἔτι. A.
[2]) δὲ, post τὸ interponit. A.

μαθητῶς· ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ ἀπεκώλυσε, παρέχων πληροφορηθῆναι διὰ τῆς ἀφῆς, ὅτι οὐκ ἔςι φάσμα· νῦν δὲ ἐ συγχωρεῖ. διότι τῆς ὀπτασίας κείνης καὶ τῆς ἀφῆς ἐπελάθετο καὶ ἠπίςησε.

Verſ. 17. Πορεύε δὲ — ὑμῶν. Καὶ μὴν, ὐκ εὐθέως ἔμελλεν ἀναβαίνειν, ἀλλὰ μετὰ τεσαράκοντα ἡμέρας, πῶς οὖν ἀναβαίνω λέγει; άντως ἐπὶ πλέον ἀνάγων αὐτῆς τὴν διάνοιαν, καὶ τι[1]) βεβαιῶν, ὅτι ὑψηλότερός ἐςι καὶ θειότερος, αὶ πείθων αἰδεσιμώτερον αὐτῷ τε λοιποῦ προσέχειν.

Ἄλλως τε,[2]) τὸ ἀναβαίνω δηλοῖ καὶ τὸ βέομαι ἀναβαίνειν, δυνάμενον εἰς πλείονα καιρὸν κτείνεσθαι.

Ἀναμιμνήσκει δὲ τοὺς μαθητὰς, οὗ πολλάις εἶπεν αὐτοῖς, πρὸ τε παραδοθῆναι. ἀδελφὲς ὲ αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος, καὶ υγγενὴς αὐτῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.

Ἑτέρως δὲ πατέρα ἑαυτε τὸν πατέρα εἶπε, αὶ ἑτέρως τῶν μαθητῶν· ἑαυτε μὲν φύσει, ὡς μοουσίου· τῶν μαθητῶν δὲ, τῷ λόγῳ τῆς δημιυργίας καὶ προνοίας, ὡς δημιουργημάτων καὶ ρονοίας ἀξιουμένων· [θεὸν[3]) δὲ καὶ ἑαυτε καὶ ῶν μαθητῶν, ὡς ἀνθρώπων.

Καὶ πῶς οὐχ ἁπλῶς εἶπε, καὶ θεὸν ἡμῶν, ἀλλὰ κἀνταῦθα διέςειλεν ἑαυτόν; διότι, εἰ καὶ ἄνθρωπος γέγονε καὶ ἀδελφὸς αὐτῶν τῇ φύσει ῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ πολὺ διέφερεν αὐτῶν ῇ τιμῇ, διά τε τὴν ἕνωσιν τῆς θεότητος, καὶ ιὰ τὸ ἀναμάρτητον.]

Verſ. 18. Ἔρχεται — αὐτῇ. Καὶ ὅτι αῦτα εἶπεν αὐτῇ, ἃ δηλονότι λελάληκεν αὐτῇ. ἐπεὶ[4]) δὲ εἰκὸς, τὲς μαθητὰς ἀκούσαντας ταῦτα

3) Incluſa abſunt. A.
4) Incluſa deſunt. A.

non credere mulieri, sicut nec prius: aut credentes, (nempe quum narraret conformia his, quae viderant Petrus et Iohannes) dolere, quod ipsi huiusmodi aspectu digni habiti non fuissent: eodem die etiam illis apparet. Primo namque desiderium eorum exacuit: deinde eis desiderabilius sese praebuit, iam videre concupiscentibus.

Vers. 19. *Quum ergo sero esset — medio.* Ad vesperam venit, quando magis timebant, et quum simul essent congregati, et quidem ianuas non pulsauit, ne turbarentur, sed clausis illis introiuit, tanquam Deus, et quasi corpore suo leui iam et subtili ac immortali effecto. Stetit autem in medio, vt omnibus esset conspicuus.

Vers. 19. *Et — vobis.* Hoc est, ne turbemini. Etiam moriens pacem illis reliquerat, Pacem, inquit, meam relinquo vobis. Mulieribus ergo, quae discipulae erant, gaudium ante omnem sermonem tribuit, eo quod ad moerorem genus illud fuerat condemnatum: discipulis vero pacem, propter suspectum bellum a Iudaeis ac gentibus.

Vers. 20. *Et — suum.* Quaere vltimo iuxta Lucam capite, quod dicitur, Et ipsi narrabant, quae gesta erant in via et caetera, vsque ad eum locum vbi habetur, Adhuc autem illis non credentibus prae gaudio et admirantibus: et illorum lege enarrationes ad praesentia dicta admodum vtiles.

Vers. 20. *Gauisi sunt — domino.* Vides operibus confirmatos esse sermones? Siquidem ante

*) Inclusa desunt. A.

ἢ διαπιϛεῦν τῇ γυναικί, καθάπερ καὶ πρότερον, ἢ πιϛεύσαντας, οἷα καὶ τοῦ πέτρου καὶ ἰωάννου συντιθεμένων, ἀφ᾽ ὧν εἶδον, ἀλγεῖν, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἠξιώθησαν ὄψεως αὐτοῦ, αὐθήμερον ἐμφανίζεται καὶ αὐτοῖς. πρῶτον μὲν γὰρ ἐγύμνασε τὸν πόθον αὐτῶν, εἶτα ποθεινότερον ἑαυτὸν παρέσχεν αὐτοῖς, διψῶσιν ἤδη αὐτόν.]

Verſ. 19. Οὔσης οὖν ὀψίας — μέσον. ἑσπέρας ἦλθεν, ὅτε μᾶλλον ἐφοβοῦντο, καὶ ὅτε συνήγοντο. καὶ τὰς μὲν θύρας οὐκ ἐπάταξεν, ἵνα μὴ θορυβηθῶσιν, κεκλεισμένων δὲ εἰσῆλθεν, ὡς θεός, καὶ ὡς λεπτοῦ ἤδη καὶ κούφου καὶ ἀκηράτου γενομένου τοῦ σώματος αὐτοῦ. ἔϛη δὲ εἰς τὸ μέσον, ἵνα πᾶσιν εἴη θεατός.

Verſ. 19. Καὶ — ὑμῖν. [Τουτέϛι,[5]) μὴ ταράχθητε. καὶ ἀποθνήσκων δὲ, εἰρήνην ἀφῆκεν αὐτοῖς. εἰρήνην, γάρ φησιν,[y]) ἀφίημι ὑμῖν. ταῖς y) Io. 14,27.
μὲν οὖν μαθητρίαις χαρὰν πρὸ παντὸς λόγου δέδωκεν αὐταῖς. λύπην γὰρ τὸ γένος ἐκεῖνο κατεκέκριτο· τοῖς δὲ μαθηταῖς, εἰρήνην,] διὰ[6]) τὸν ὑποπτευόμενον πόλεμον, ἀπό τε ἰουδαίων καὶ ἑλλήνων.

Verſ. 20. Καὶ — αὐτοῦ. Ζήτησον ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ λουκᾶν τό· καὶ[z]) z) Luc. 24,35.
αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι[7]) τοῦ· ἔτι[a]) δὲ ἀπιϛούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς a) Luc. 24,41.
χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων,] καὶ ἀνάγνωθι τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν, πάνυ χρησιμευούσας πρὸς τὰ παρόντα.

Verſ. 20. Ἐχάρησαν — κύριον. Ὁρᾷς, ἐπὶ τῶν ἔργων τοὺς λόγους ἐκβαίνοντας. πρὸ τοῦ ϛαυροῦ

6) Ante διὰ, A. habet εἰρήνην διδοὺς αὐτοῖς.
7) Incluſa abſunt. A.

te passionem dixerat eis, Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum.

Vers. 21. *Dixit — vobis.* Postquam comederat datam sibi partem piscis assi, et de fauo apiario, sicut scripsit Lucas, certiores facti sunt: et prae gaudio iam, vt verisimile est, turbatos, reprimit, vt his, quae dicturus est, animum aduertant.

Vers. 21. *Sicut — vos.* Etiam ante passionem dixit ad patrem, Sicut me misisti in mundum, et ego misi illos in mundum: et lege, quae ibi dicta sunt. Animos itaque illorum erexit, tradens eis opus suum, ac sibi successores eos constituens.

Vers. 22. *Et — v. 23. retenta sunt.* Atqui superius dixerat, Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos: quomodo ergo dat hic spiritum sanctum? Insufflauit quidem, dans gratiam susceptiuam spiritus sancti, aptósque efficiens ad eius susceptionem: dicit autem, Accipite spiritum sanctum: non nunc, sed quando descenderit.

Aut spiritum sanctum vocauit gratiam spiritualem remittendi ac ligandi peccata: et hoc tunc illis tribuit, quod et miraculis maius erat. Nam quum paralytico dixisset, Remissa sunt tibi peccata tua, dixerunt scribae, Quis potest remittere peccata, nisi vnus, nempe Deus?

Verum et ante passionem dixerat eis, Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata in coelo: et quaecunque solueritis super terram, erunt soluta

[s]) Inclusa absunt. A.
[y]) τῶν, addit. A.
[z]) Inclusa desunt. A.

αυρου γαρ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι[b]) πάλιν ὄψομαι b) Io. 16, 22.
μᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία.

Verſ. 21. Εἶπεν — ὑμῖν. Μετὰ τὸ φα-
ῖν τὸ ἐπιδοθὲν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ
πὸ[c]) μελισσείου κηρίου, καθὼς ἔγραψε λουκᾶς, c) Luc. 24, 42.
ληροφορήθησαν, καὶ λοιπὸν ὑπὸ πολλῆς χα-
ᾶς, ὡς εἰκὸς, θορυβῶντας καταςέλλει, ἵνα
ροσέχωσιν, οἷς μέλλει ἐρεῖν.

Verſ. 21. Καθὼς — ὑμᾶς. Καὶ πρὸ
οῦ ςαυροῦ εἴρηκε πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι[d]) καθὼς d) Io. 17, 18.
ιὲ ἀπέςειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέςειλα
ὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, [καὶ[8]) ἀνάγνωθι τὰ ἐκεῖ
ιθέντα. ἐπῆρεν οὖν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἐγχειρί-
ας αὐτοῖς τὸ ἴδιον ἔργον, καὶ καταςήσας διαδό-
ους ἑαυτοῦ.]

Verſ. 22. Καὶ — v. 23. κεκράτηνται.
αὶ μὴν ὀπίσω εἴρηκεν· ὅτι[e]) ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, e) Io. 16. 7.
παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· πῶς ἐν-
ταῦθα δίδωσι πνεῦμα ἅγιον; ἐνεφύσησε μὲν,
ἐπνέων αὐτοῖς χάριν δεκτικὴν τοῦ ἁγίου πνεύμα-
ος, καὶ κατασκευάζων ἐπιτηδείους εἰς ὑποδοχὴν
ὐτοῦ· λέγει δὲ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ τότε,
λλ' ὅτε κατέλθῃ.

Ἡ πνεῦμα ἅγιον ἐκάλεσε, τὸ πνευματικὸν
χάρισμα τοῦ ἀφιέναι καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας. δια-
όρων γὰρ ὄντων[9]) πνευματικῶν χαρισμάτων,
ἴτο τηνικαῦτα δέδωκεν αὐτοῖς, [μεῖζον[1]) ὂν καὶ
ῶν σημείων. τῷ παραλυτικῷ γὰρ εἰπόντος[f]) f) Matth. 9, 2. Mark. 2, 5. 7.
φέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἔλεγον οἱ γραμ-
ατεῖς· τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ
ὁ θεός;

Καὶ μὴν, καὶ πρὸ τοῦ ςαυροῦ εἴρηκεν αὐτοῖς·
α[g]) ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι δεδεμένα ἐν τῷ g) Matt. 18, 18.
ρανῷ, καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι
λελυ-

ſoluta in coelo: ſed tunc quidem hoc illis promiſit, nunc autem tribuit.

Quaere autem circa medium noni capitis praeſentis euangelii, vbi dicitur, Nondum erat ſpiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus: et lege totam illorum enarrationem.

Inſufflauit itaque, tanquam fons gratiarum: et vt etiam hinc diſcamus, ipſum eſſe, qui primum ac vitale ſpiraculum inſufflauit in Adam. Retentionem vero intellige ligationem, veniae carentiam. Tanquam rex ergo, duces exercitus deſtinans, ita diſcipulos prae omnibus, huiusmodi ſtipat poteſtate.

† Qui propter daemonum terrorem in ſublimitate diuinarum contemplationum firmiter confirmantur: et ſenſus ad modum oſtiorum claudunt: ignoto modo accedentem excipiunt diuinum ſermonem, absque ſenſitiua operatione eis apparentem: et pacis quidem nomine immobilitatem ad affectus tribuentem: inſufflationis vero, gratias ſpiritus ſancti, ac myſteriorum ſuorum ſigna demonſtrantem.

Verſ. 24. *Thomas — Ieſus.* Veriſimile enim eſt, eum a tempore, quo diſperſi fuerant diſcipuli, ac relicto praeceptore fugerant, nondum cum illis conueniſſe.

† Quanquam aberat Thomas, tamen per fratres Apoſtolos particeps et ipſe fuit gratiae inſufflati in illos ſpiritus ſancti, ſicut ait diuus Cyrillus. Quidam tamen dicunt, quod poſtmodum, poſtquam vidit

a) Ex Hentenio ſuſpicio mihi oritur, illum legiſſe περιςέλλων, id eſt, παρασκευάζων, εὐτρεπίζων, συγκροτῶν.

b) προσβάλλει. A. Neutrum placet. Forte περιβάλλει.

λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· ἀλλὰ τότε μὲν ὑπέσχετο αὐτοῖς τοῦτο, νῦν δὲ δίδωσι.

Ζήτησον δὲ περὶ τὰ μέσα τοῦ ἐνάτου κεφαλαίου τοῦ παρόντος εὐαγγελιστοῦ τό· οὔπω h) γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῶν. h) Io. 7, 39.

Ἐνεφύσησε μὲν οὖν, ὡς πηγὴ χαρισμάτων, καὶ ἵνα μάθωμεν κἀντεῦθεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ πρῶτον καὶ ζωτικὸν ἐμφύσημα ἐμφυσήσας τῷ ἀδάμ.] κράτησιν δὲ νόει, τὴν δῆσιν, τὴν ἀσυγχωρησίαν. καθάπερ οὖν βασιλεὺς, στρατηγοὺς 2) ἀποστέλλων, οὕτω τοὺς μαθητὰς 3) παραβάλλει πρὸ πάντων τῇ τοιαύτῃ δυνάμει.

[Οἱ 4) διὰ τὸν φόβον τῶν δαιμόνων ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες, καὶ, θυρῶν δίκην, τὰς αἰσθήσεις μύσαντες, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας ἐπιφαινόμενον αὐτοῖς, καὶ δωρούμενον ἀπάθειαν μὲν, διὰ τῆς εἰρήνης, πνεύματος δὲ ἁγίου χάριν, διὰ τῆς ἐμπνεύσεως, καὶ δεικνύοντα τὰ σύμβολα τῶν μυστηρίων αὐτοῦ.]

Vers. 24. Θωμᾶς — Ἰησοῦς. Εἰκὸς γὰρ, αὐτὸν μετὰ τὸ διασκορπισθῆναι τοὺς μαθητὰς, ἀφέντας τὸν διδάσκαλον καὶ φυγόντας, μήπω συνελθεῖν αὐτοῖς.

[Εἰ καὶ ἀπῆν ὁ Θωμᾶς, ὅμως διὰ τῶν ἀδελφῶν 5) τῶν ἀποστόλων μετέλαβε καὶ αὐτὸς τῆς χάριτος τοῦ ἐμφυσηθέντος αὐτοῖς ἁγίου πνεύματος, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος 6) εἴρηκε. τινὲς δὲ λέγου-

4) Haec vterque in margine exhibet.
5) τῶν, abest. A.
6) Tom. IV. p. 1100. A. p. 1101. A.

vidit manus ac latus saluatoris, et circa resurrectionem credidit: tunc accepit et ipse huiusmodi gratiam, vt in nullo horum inferior esset coapostolis.

Vers. 25. *Dixerunt — dominum.* Dixerunt ei, quum ad eos venisset.

Vers. 25. *Ille — credam.* Quemadmodum vulgi more ac temere credere, leuitatis est: ita quoque vltra modum sciscitari, ac nimis curiose indagare, crassae mentis est. Propterea etiam Thomas arguitur. Nam, quum fide digni essent condiscipuli, remque confirmarent, non credidit: non tantum fidem illis non praestans, quantum impossibilem ducens hanc resurrectionem. Siquidem ipse eum videre quaerit: nec id tantum, sed et vestigium clauorum: neque hactenus sistit curiositas, sed et mittere digitum in vestigium clauorum, manumque in latus eius, ne forte phantasma esset. Audierat enim, vt apparet, a condiscipulis, quod manus ac latus suum eis ostendisset. Tactum itaque fide digniorem ducit aspectu.

Vers. 26. *Et — eis.* Intus, in diuersorio, vbi erant congregati.

Vers. 26. *Venit — clausis.* Venit certiorem redditurus eum, qui non credebat: et neque vnum despicit, licet mente crassior esset caeteris. Et quare non tunc fecit illum certiorem, quum Thomas praedicta requirebat, sed post dies octo? Vt interim a condiscipulis instructus, facilius persuaderi posset ad fidem.

Vers. 26.

7) Inclusa Codex vterque in margine habet.
8) δὲ, interponit. A.
9) Inclusa absunt. A.
1) γίνηται. A.

ἀκούειν, ὅτι ὕςερον, μετὰ τὸ ἰδεῖν τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν τῦ σωτῆρος, καὶ πιςεῦσαι περὶ τῆς ἀναςάσεως, ἔλαβε καὶ αὐτὸς τὴν τοιαύτην χάριν, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ λείπηται τῶν [7]) συναποςόλων.]

Verſ. 25. Ἔλεγον — κύριον. Ἔλεγον [8]) αὐτῷ, ἐλθόντι πρὸς αὐτούς,

Verſ. 25. Ὁ — πιςεύσω. Ὥσπερ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε πιςέυειν, εὐκολίας ἐςίν· οὕτω καὶ τὸ πέρα τῦ μέτρου περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν παχυτάτης διανοίας ἐςί. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θωμᾶς ἐγκαλεῖται. τοῖς γὰρ συμμαθηταῖς, ἀξιοπίςοις οὖσι, καὶ διαβεβαιουμένοις, οὐκ ἐπίςευσεν· οὐ τόσουτον ἐκείνοις ἀπιςῶν, ὅσον ἀδύνατον τὴν ἀνάςασιν ταύτην νομίζων. ζητεῖ γὰρ αὐτὸς ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τύπον τῶν ἥλων· καὶ οὐ μέχρι τούτων ἵςησι τὸ περίεργον, ἀλλὰ καὶ βαλεῖν τὸν δάκτυλον εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρα εἰς τὴν πλευρὰν αὐτῦ, μήποτε φάσμα εἴη. μεμάθηκε γὰρ, ὡς ἔοικε, παρὰ τῶν συμμαθητῶν, ὅτι ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτῦ. τὴν ἀφὴν οὖν πιςοτέραν ποιεῖται τῆς ὄψεως.

Verſ. 26. Καὶ — αὐτῶν. Ἔσω τῦ καταγωγίου αὐτῶν, ὅπου συνήγοντο.

Verſ. 26. Ἔρχεται — κεκλεισμένων. Ἔρχεται πληροφορήσων τὸν ἀπιςοῦντα, [καὶ [9]) διὰ τὸν ἕνα περιορᾷ, καίτοι τῶν ἄλλων ὄντα ἰσχύτερον εἰς διάνοιαν.] καὶ τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ὅτε ἐζήτησε τὰ ῥηθέντα ὁ Θωμᾶς, τότε τοῦτον ἐπληροφόρησεν, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας ὀκτώ; ἵνα ἐν τῷ μέσῳ κατηχούμενος ὑπὸ τῶν μαθητῶν εὐπειθέςερος πρὸς πίςιν [1]) γένηται.

Vers. 26. *Et — vobis.* Sicut et prius. Rursum enim omnia facit, quaecunque eo absente fecerat.

Vers. 27. *Deinde — meum.* Quum nihil Thomas diceret, anticipat eum, praebens, quae ille petierat, ac ostendens, quod etiam tunc praesens fuerit et audierit, tanquam Deus, quum haec ille loquebatur. Siquidem eisdem quoque vsus est verbis.

Vers. 27. *Et — fidelis.* Indignatus hoc dicit, quasi non ex diligentia, sed ex incredulitate contradixerit.

Vers. 28. *Et — meus.* Videns in manibus eius vestigium clauorum, et latus ipsius apertum, continuo credidit, non expectans, dum contrectasset.

Vers. 29. *Dicit — crediderunt.* Quum enim Petrus et Iohannes nondum eum vidissent, a linteaminibus tamen ac sudario resurrexisse crediderunt. Alii quoque discipuli, quum postmodum Petrus eum vidisset, illisque renunciasset, nondum videntes crediderunt. Inuenerunt, inquit, Lucas, congregatos vndecim et eos, qui cum illis erant, dicentes, Surrexit dominus vere, et visus est a Simone.

Et quomodo dicit idem euangelista, quod dum apparuit eis, expauefacti et conterriti existimabant spiritum se videre, et caetera? et quod adhuc illis non credentibus prae gaudio, et admirantibus dixit eis, Habetis hic aliquid edulii, et caetera? Quia tunc haec passi sunt, non quod eum resurrexisse non crederent, sed quod dubitarent, vtrum ipse

[2]) Inclusa absunt. A.
[3]) Etiam haec absunt. A.

Verf. 26. Καὶ — ὑμῖν. [Ὥσπερ [2]) καὶ πρότερον. πάντα γὰρ ποιεῖ πάλιν, ὅσα καὶ ἀπόντος αὐτοῦ πεποίηκεν.]

Verf. 27. Εἶτα — μου. Μηδὲν εἰπόντος τοῦ θωμᾶ, προλαμβάνει, καὶ ἅπερ ἐζήτει, δίδωσι, δεικνὺς, ὅτι καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγε, παρῆν τε καὶ ἤκουεν, ὡς θεός. [καὶ [3]) γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσατο ῥήμασι.]

Verf. 27. Καὶ -- πιστός. Μεμφόμενος τοῦτό φησιν, ὡς ἐξ ἀπιστίας, οὐκ ἐξ ἀκριβείας, ἀντιτείνοντος.

Verf. 28. Καὶ — μου. Ἰδὼν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ γενυγμένην, αὐτίκα ἐπίστευσε, μὴ ἀναμείνας ψηλαφῆσαι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ψηλαφήσας ἐβόησεν, ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου.

Verf. 29. Λέγει — πιστεύσαντες. Ὅ, τε γὰρ πέτρος καὶ ἰωάννης, μήπω ἰδόντες αὐτὸν, ὅμως ἀπὸ τῶν ὀθονίων καὶ τοῦ σουδαρίου ἐπίστευσαν, ὅτι ἀνέστη, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μαθηταὶ μετὰ τοῦτο, τοῦ πέτρου ἰδόντος αὐτὸν καὶ ἀναγγείλαντος αὐτοῖς, μήπω ἰδόντες αὐτὸν, ἐπίστευσαν. εὗρον γάρ, φησιν ὁ λουκᾶς, [i]) συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη σίμωνι. (i) Luc. 24, 33.)

[Καὶ [4]) πῶς, ὅτε ἐφάνη αὐτοῖς, φησιν ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστής· ὅτι [k]) πτοηθέντες καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· καί ὅτι [l]) ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε, καὶ τὰ λοιπά; διότι ταῦτα τότε πεπόνθασιν, οὐκ ἀπιστοῦντες, ὅτι ἀνέστη, ἀλλ᾽ (k) Luc. 24, 37. l) Luc. 24, 41.)

4) Inclusa absunt. A.

ipſe eſſet, qui eis apparebat: ac diligentius conſiderarent.

Comprehendit autem beatitudo haec etiam illos, qui per praedicationem credunt. Quum ergo dicit aliquis, Beati, qui temporibus illis fuerunt, ac Chriſtum viderunt: conſideret, quod Beati, qui non viderunt et crediderunt.

Sed quomodo corpus incorruptibile veſtigia habebat plagarum, ac tactui ſubiacebat? Quomodo? Supernaturaliter et diſpenſatorie: edebat ſiquidem ac bibebat ad maiorem diſcipulorum certitudinem.

Verſ. 30. *Multa — hoc.* De his omnino loquitur, quae poſt reſurrectionem facta ſunt: propterea namque dixit, in conſpectu diſcipulorum ſuorum. Quemadmodum enim ante reſurrectionem plurima fieri oportuit, vt crederent, eum eſſe filium Dei: ita et poſt reſurrectionem, vt certiores fierent, quod reſurrexiſſet.

Aut etiam ſermo communis eſt: et de his loquens, quae ante reſurrectionem, et de his, quae poſt eam facta ſunt.

Verſ. 31. *Haec — Dei.* Non, inquit, ad ambitionem haec ſcripſimus: ita enim et alia ſcripſiſſemus, quum multa eſſent: ſed ad ſolam neceſſitatem, vt credatis, quod hic Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, qui a prophetis annunciatus eſt.

Verſ. 31. *Et — eius.* Hoc eſt, per eum: nam ipſe vita eſt: vitam, inquam, ſempiternam habeatis.

Cap.

ἀλλ' ἀμφιβάλλοντες, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ φαινόμενος αὐτοῖς, καὶ ἀκριβολογούμενοι.]

Συμπαραλαμβάνει δὲ ὁ μακαρισμὸς καὶ τοὺς διὰ τοῦ κηρύγματος πιστεύοντας. ὅταν οὖν τις λέγῃ· μακάριοι οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ὄντες, καὶ ἰδόντες τὸν χριστὸν, ἐννοείτω, ὅτι μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες.

Ἀλλὰ πῶς σῶμα ἄφθαρτον, τύπους εἶχε πληγῶν, καὶ ἀφῇ ὑπέπιπτε; πῶς; ὑπερφυῶς τε καὶ οἰκονομικῶς. καὶ γὰρ καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε, πρὸς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν.

Vers. 30. Πολλὰ — τούτῳ. Τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πάντως λέγει. διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔδει πολλὰ γενέσθαι, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι υἱός ἐστιν τοῦ θεοῦ· οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα πληροφορηθῶσιν, ὅτι ἀνέστη.

Ἢ καὶ κοινὸς ὁ λόγος περί τε τῶν πρὸ τῆς ἀναστάσεως, καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Vers. 31. Ταῦτα — θεοῦ. Οὐ πρὸς φιλοτιμίαν, φησὶν, ἐγράψαμεν· ἢ γὰρ ἂν καὶ ἄλλα ἐγράψαμεν, πολλῶν ὄντων· ἀλλὰ πρὸς χρείαν μόνην, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι Ἰησοῦς οὗτος ἐστιν ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ὑπὸ τῶν προφητῶν καταγγελλόμενος.

Vers. 31. Καὶ — αὐτοῦ. Τουτέστι,[5] δι' αὐτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωή· ζωὴν δὲ, αἰώνιον.

5) Haec Codex A. ita contrahit, δι' αὐτοῦ δὲ δίδοται καὶ ζωὴ αἰώνιος.

Cap. XXI. v. 1. *Postea — Tiberiadis.*

Neque enim continue cum eis versabatur, vt prius, sed per temporum interualla accedebat. Quod autem dicitur, Manifestauit, et Apparuit, et Visus est ac similia, ostendunt, quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuisibilis erat corruptibilibus oculis: verum demittendo se et dispensatorie manifestabatur. Hoc autem mare in Galilaea erat: animo siquidem resumto, eo profecti sunt.

Vers. 1. *Manifestauit autem sic.* Vt nunc dicturus est.

Vers. 2. *Erant — v. 3. tecum.* Nam, quum neque semper cum eis esset Saluator, vt dictum est, neque alius aduenisset paracletus, neque perfecte eis commissa esset praedicatio: quum nihil esset, quod agerent, reliquo tempore piscabantur, priorem exercentes artem: quanquam non amore lucri, vt prius.

Vers. 3. *Exierunt ergo — statim.* Quae Petri erat, aut filiorum Zebedaei, aut alicuius eorum, quos nouerant.

Vers. 3. *Et — nihil.* Dispensatorie hoc factum est, veluti in sequentibus dicemus. Verisimile est autem, alios quoque discipulos terrestri itinere fuisse sequutos, sicut ait Chrysostomus, amoris gratia, vtque spectatores essent, ac probe otium collocarent, et simul cum eis pernoctarent.

Vers. 4. *Mane — esset.* Fortassis, quod splendidiori appareret specie, propter immortalitatem, aut dispensatorie ab eis cognitus non est.

Vers. 5.

6) ἐφανερώθη. A.
7) τὴν, abest. A.

Cap. XXI. v. 1. Μετὰ ταῦτα — τιβεριάδος. Ὀυ γὰρ διόλου συνῆν αὐτοῖς, ὡς τὸ πρότερον, ἀλλ᾽ ἐκ διαλείμματος ἐπεδήμει. τὸ δὲ ἐφανέρωσε,[6]) καὶ ἐφάνη, καὶ ὤφθη, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὑποφαίνουσιν, ὅτι κατὰ[7]) τὴν φύσιν τῆς ἀφθαρσίας τοῦ σώματος ἀφανὴς ἦν φθαρτοῖς ὀφθαλμοῖς· συγκαταβατικῶς δὲ καὶ οἰκονομικῶς ἐφανεροῦτο. ἡ θάλασσα δὲ αὕτη, ἐν τῇ γαλιλαίᾳ ἦν. ἀναθαῤῥήσαντες γὰρ ἀπῆλθον ἐκεῖ.

Vers. 1. Ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. Ὡς ἐρεῖ.

Vers. 2. Ἦσαν — v. 3. σύν σοι. Μήτε γὰρ τοῦ σωτῆρος διόλου συνόντος αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, μήτε τοῦ ἄλλου παρακλήτου ἐλθόντος, μήτε τοῦ κηρύγματος ἐντελῶς ἐγχειρισθέντος αὐτοῖς, οὐδὲν ἔχοντες πράττειν, λοιπὸν ἡλίευον, τὴν προτέραν μετερχόμενοι τέχνην, εἰ καὶ μὴ φιλοκερδῶς, ὡς τὸ πρίν.

Vers. 3. Ἐξῆλθον οὖν — εὐθύς. Εἰς τὸ τοῦ πέτρου, [ἢ τὸ τῶν[8]) υἱῶν ζεβεδαίου, ἤ τινος τῶν γνωρίμων.]

Vers. 3. Καὶ — οὐδέν. Κατ᾽ οἰκονομίαν, ὡς ἐροῦμεν προϊόντες. εἰκὸς δὲ, καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς, ὡς ὁ χρυσόστομος[9]) εἴρηκεν, ἔξω[*]) ἀκολουθεῖν, χάριν τε ἀγάπης καὶ θέας τὴν σχολὴν εὖ διατιθεμένους, καὶ συνδιανυκτερεύειν αὐτοῖς.

Vers. 4. Πρωΐας — ἐστιν. Ἴσως τοῦ εἴδους αὐτοῦ λαμπροτέρου φαινομένου, διὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἢ κατ᾽ οἰκονομίαν ἀγνοουμένου αὐτοῖς.

8) Omissis, quae hic inclusa sunt, eorum loco tantum habet πλοῖον. A.
9) T. VIII. p. 521. A.
*) ἔξωθεν. B.

Vers. 5. *Dicit — habetis?* παιδία, id est, pueros illos vocauit iuxta consuetudinem. Moris siquidem erat ita operarios appellare: propter illorum robur ac strenuitatem ad labores. Loquitur autem cum eis, quasi volens aliquid ab eis emere.

Vers. 5. *Responderunt — v. 6. inuenietis.* Nec adhuc cognouerunt, eum esse, quod tamen eos intelligere oportuit. Nam quomodo vulgaris homo aut socius id nosse potuisset, quod iacientes in dexteram nauigii partem, inuenturi essent? Expresse autem ad dexteram iacere praecepit, ne fortuita videretur captura.

Vers. 6. *Iecerunt itaque.* Simpliciter obtemperantes: aut arbitrati, signo quopiam illum nosse pisces aliquos ibi natare, († aut etiam vidisse exultantes.)

Vers. 6. *Et iam non — piscium.* Absente quidem saluatore nihil ceperunt: praesente vero multitudinem concluserunt, vt cognoscamus, quod sine illo nihil, quod vtile sit, perficimus: cum eo autem, plurima. Oportet ergo, vt praeceptis eius obedientes laboremus, et ad dexteram iaciamus: nam haec pars laudi datur.

Quaere autem et vndecimo iuxta Lucam capite, quod dicitur, Similiter autem et Iacobum et Iohannem filios Zebedaei, qui erant socii Simonis et caetera, ac illorum lege enarrationem. Inuenies enim anagogica praesentibus admodum congrua.

Vers. 7.

Verſ. 5. Λέγει — ἔχετε; Παιδία τοὺς εκάλεσε, τῇ συνηθείᾳ χρησάμενος. ἔθος γὰρ τοὺς ἐργατικοὺς ὅτως ὀνομάζειν, διὰ τὸ πρὸς τοὺς πόνους ἀκμαῖόν τε καὶ νεανικὸν αὐτῶν. διαλέγεται δὲ αὐτοῖς, ὡς θέλων θῆθεν παρ' αὐτῶν ὠνεῖσθαί τι.

Verſ. 5. Ἀπεκρίθησαν — v. 6. εὑρήσετε. Καὶ οὔπω συνῆκαν, ὅτι αὐτός ἐστιν. ἐχρῆν δὲ συνεῖναι. πῶς γὰρ ἂν κοινὸς ἄνθρωπος εἰδείη, ὅτι βάλλοντες εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῦ πλοίου, εὑρήσουσι. ῥητῶς δὲ εἰς τὰ δεξιὰ βαλεῖν ἐπέταξεν, ἵνα μὴ κατὰ τύχην ἡ ἄγρα δόξῃ.

Verſ. 6. Ἔβαλον οὖν. [Ἁπλῶς[2]) ὑπακούσαντες, ἢ καὶ ὑποπτεύσαντες, αὐτὸν τεκμηρίῳ τινὶ γνῶναι τινας ἰχθύας ἐκεῖ διανηχομένυς, [3]) καὶ ἰδεῖν ἀναπηδήσαντας.]

Verſ. 6. Καὶ οὐκ ἔτι — ἰχθύων. Ἀπόντος μὲν τῦ σωτῆρος, ὐδὲν ἐπίασαν· παρόντος δὲ, πλῆθος συνέκλεισαν· ἵνα γνῶμεν, ὅτι χωρὶς μὲν αὐτῦ ὐδὲν ὠφέλιμον ἀνύομεν· σὺν αὐτῷ δὲ, πολλά. χρὴ τοίνυν ταῖς ἐντολαῖς αὐτῦ πειθομένους πονεῖν καὶ βάλλειν εἰς τὰ δεξιά. τῦτο γὰρ τὸ μέρος ἐπαινετόν.

[Ζήτησον[4]) καὶ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κεφαλαίῳ τῦ κατὰ λουκᾶν, τό· ὁμοίως[m]) δὲ καὶ ἰάκωβον καὶ ἰωάννην, υἱοὺς ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ σίμωνι, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. εὑρήσεις γὰρ ἀναγωγὴν, πάνυ τοῖς παρῦσιν ἁρμόζυσαν.] m) Luc. 5, 10.

Verſ. 7.

2) Incluſa abſunt. A.
3) Ab ἢ ad ἀναπηδήσαντας omiſerat Hentenius.
4) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 7. *Dicit — eſt.* A proſpero id euentu intelligens, et quod tanquam ex illius iuſſu concluſi eſſent piſces.

Verſ. 7. *Simon — mare.* Perſpicacior quidem erat Iohannes magnitudine puritatis. Petrus vero feruentior vehementia amoris: ideo agnoſcit quidem eum Iohannes ante Petrum, ſed egreditur ad eum Petrus ante Iohannem. Vbi enim ſolum audiſſet, eſſe dominum, confeſtim, quae in manibus erant, proiicit, nec ſuſtinens, vt nauigio ad eum perueniret, ſeſe in mare iacit, quo citius accederet.

ἐπενδύτην autem (pro quo Tunicam vertimus) vocant tuniculam quandam manicis carentem, quae corpus ad genua vſque contegat: et hac vtebantur, qui in mari degebant: Nam ſimul et agilitatem eis tribuebat, et inter aquas ornatum. Erat quippe nudus alia carens veſte: nam hac ſola ad corpus diſcincta indutus erat: neque enim conueniebat, vt omnino nudus eſſet propter turpitudinem: ſuccinxit autem illam, pudore domini.

Verſ. 8. *Caeteri vero — piſcium.* Venerunt attrahendo funes, quibus rete trahebatur.

Verſ. 9. *Vt — panem.* Piſcem quidem prunis ſuperpoſitum, panem vero ſeorſum poſitum: vtique producta ex his, quae non erant: vt hinc quoque ſuam oſtendat potentiam, ac beneuole eos per cibum a labore refocillet.

Verſ. 10. *Ait — nunc.* Vtpote ſciens, quod comprehendiſſent. Nam et prius, tanquam ſciens, quod comprehenſuri eſſent, dixerat, Iacite in dexteram partem nauigii, et inuenietis. Et ne

*) συγκλεῖσθαι. A.
*) Habet hanc vocem Galeus in opuſc. p. Myth. 711.

Vers. 7. Λέγει — ἐςι. Τῦτο συνεὶς ἀπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ τῦ συγκεκλεῖσθαι[5]) τὸς ἰχθύας, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος.

Vers. 7. Σίμων — θάλασσαν. Διορατικώτερος μὲν ὁ Ἰωάννης, περιυσίᾳ καθαρότητος· θερμότερος δὲ ὁ Πέτρος, σφοδρότητι φίλτρου. διὸ γνωρίζει μὲν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, πρὸ τῦ Πέτρου ἔξεισι δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Πέτρος, πρὸ τῦ Ἰωάννου. ἀκούσας γὰρ μόνον, ὅτι ὁ κύριός ἐςι, ῥίπτει τὰ ἐν χερσὶν εὐθέως, καὶ μὴ ἀναμείνας τῷ πλοιαρίῳ ἐξελθεῖν, βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, διὰ τὸ τάχος τῆς ἐξελεύσεως.

Τὸν ἐπενδύτην δὲ, χιτώνιόν τί φασιν[6]) ἀχειρίδωτον, ἄχρι γονάτων περιςέλλον. σύνηθες δὲ τῦτο τοῖς θαλαττεύουσιν, εὐκινησίαν ἅμα καὶ εὐσχημοσύνην αὐτοῖς παρὰ τῷ ὕδατι περιποιούμενον. γυμνὸς μὲν οὖν ἦν τῆς ἄλλης ςολῆς αὐτῦ, τῦτον δὲ μόνον ἐπὶ τῦ σώματος ἐνεδέδυτο ἄζωςον. ἀνάξιον γὰρ, εἶναι αὐτὸν πάντῃ γυμνὸν, διὰ τὴν ἀσχημοσύνην. ἐζώσατο δὲ αὐτὸν, αἰδοῖ τοῦ κυρίου.

Vers. 8. Οἱ δὲ ἄλλοι — ἰχθύων. Ἦλθον, ἐφελκόμενοι τοὺς σύροντας τὸ δίκτυον σχοίνους.

Vers. 9. Ὡς — ἄρτον. Τὸ μὲν ὀψάριον τῇ ἀνθρακιᾷ ἐπικείμενον· τὸν δὲ ἄρτον, ἰδίᾳ παρακείμενον, ἐξ ὐκ ὄντων πάντα πάντως παρηγμένα, ἵνα κἀντεῦθεν δείξῃ τὴν δύναμιν αὐτῦ, καὶ πεπονηκότας αὐτοὺς ἀνακτήσηται φιλοςόργως διὰ τροφῆς.

Vers. 10. Λέγει — νῦν. Ὡς εἰδὼς, ὅτι ἐπίασαν, λέγει. καὶ γὰρ καὶ πρὶν, ὡς εἰδὼς, ὅτι πιάσυσιν, εἶπε, βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε, καὶ ἵνα μὴ

φαν-

ne phantasticum videretur negotium: utque videntes piscium multitudinem ac magnitudinem, et quomodo non esset scissum rete, magis etiam admirarentur.

Vers. 11. *Ascendit Simon Petrus.* Ascendit in nauim, tanquam artis peritior, sequentibus videlicet eum etiam caeteris.

Vers. 11. *Et traxit — tribus.* Dicunt aliqui, per centum quidem eos designari, qui ex gentibus sagenandi erant: per quinquaginta autem, eos qui de Iudaeis? plures siquidem ex gentibus credituri erant, quam ex Iudaeis: per tres vero, sanctam Trinitatem, in quam crederent.

Vers. 11. *Et — rete.* Non, quod esset forte, sed quod dominus etiam illud fortificaret.

Vers. 12. *Dicit — prandete.* Hora prandii iam appetente: nam illorum laboribus successura erat requies. Verisimile est autem, quosdam ex comprehensis piscibus assatos fuisse ad omnium refectionem discipulorum: reliquos vero pauperibus fuisse distributos.

Vers. 12. *Et nemo — esset.* Faciem quidem videntes immutatam, et quae in maximum eos induceret stuporem, volebant eum interrogare, verum non audebant, quum a signis, quae dicta sunt, scirent, quod Dominus esset.

Vers. 13. *Venit — similiter.* Iam in coelum non suspicit, neque humana illa facit: ostendens, quod etiam ista dispensatorie faciebat.

Vers. 14.

*) Inclusa absunt. A.
**) Inclusa omittit. A.

φαντασία δόξῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅπως ἰδόντες καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἰχθύων, καὶ τὸ πῶς οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον, θαυμάσωσι πλέον.

Verſ. 11. Ἀνέβη σίμων πέτρος. [Ἀνέβη[7]) εἰς τὸ πλοῖον, ὡς ἐμπειρότερος, ἑπομένων αὐτῷ καὶ ἄλλων δηλονότι.]

Verſ. 11. Καὶ εἵλκυσε — τριῶν. Φασί τινες, διὰ τῶν ἑκατὸν μὲν, ὑποδηλοῦσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν σαγηνευθησομένους· διὰ τῶν πεντήκοντα δὲ, τοὺς ἐξ ἰουδαίων· πλείους γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν τῶν ἐξ ἰουδαίων· διὰ τῶν τριῶν δὲ, τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς ἣν πιςεύουσι.

Verſ. 11. Καὶ — δίκτυον. Οὐχ ὡς ἰσχυρὸν, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ κυρίου τοῦτο δυναμώσαντος.

Verſ. 12. Λέγει — ἀριςήσατε. Τῆς ὥρας τοῦ ἀρίςου ἤδη ἐπιςάσης. [ἔμελλε[8]) γὰρ τοὺς πόνους αὐτῶν διαδέχεσθαι ἀνάπαυσις. εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ τῶν πιασθέντων ἰχθύων τινὰς ὀπτηθῆναι πρὸς ἑςίασιν ὅλων τῶν μαθητῶν, τοὺς λοιποὺς δὲ πένησι διανεμηθῆναι.]

Verſ. 12. Οὐδεὶς δὲ — ἐςιν. Τὴν ὄψιν αὐτοῦ βλέποντες ἀλλοιοτέραν καὶ ἐκπληκτικωτάτην, ἐβούλοντο μὲν ἐρωτῆσαι, οὐκ ἐτόλμων δὲ, εἰδότες[9]) ἀπὸ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων, ὅτι ὁ κύριός ἐςιν.

Verſ. 13. Ἔρχεται — ὁμοίως. Οὐκέτι ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἐκεῖνα ποιεῖ, δεικνύων, ὅτι κἀκεῖνα κατ᾽ οἰκονομίαν ἐποίει.

Verſ. 14.

9) ἰδότες. A.

Vers. 14. *Hoc — mortuis.* Prima quidem, quum esset vespera diei illius, quo resurrexit, secunda autem, post dies octo, tertia vero, hoc die. Apparet itaque, quod post hoc tempus ascenderint in montem, in quo constituerat eis, quando videlicet rursum admoniti sunt a Domino. Manifestatus est autem et mulieribus, quae discipulae erant: et duobus illis, de quibus apud Marcum, et Petro, ac Cleopae cum socio ipsius. Verum discipulis simul, hac iam tertia vice manifestatus est. Neque enim continue cum eis versabatur. Hic autem non dixit, quod et ipse comederit: ideo sane, vt opinor, quod hoc etiam significauerit Lucas libro Actorum, vbi ait Petrus, Comedimus et bibimus cum eo postquam surrexit a mortuis.

Vers. 15. *Quum — te.* Simon, fili Iona, diligis me plus quam hi? hunc autem solum interrogat, tanquam principem et os discipulorum. Verum, cur id, quod nouit, interroget, in sequentibus dicemus.

Vers. 15. *Ait — meos.* Discipulos dicit agnos suos, tanquam pastor eorum, quos etiam oues rursum vocat. Quaerit ergo dilectionis erga se demonstrationem, puta, curam eorum: et animam ipsius, quam pro praeceptore se positurum promiserat, petit, vt pro discipulis ponat.

Vers. 16. *Dicit — v. 17. te.* Christus quidem terna vice interrogans et idem iubens, manifestat, se maximi facere praesidentiam super discipulos suos: et hanc omni cura ducit maiorem: Petrus autem trinam timens interrogationem, et suspi-

¹) οἱ μαθηταὶ, omittit. B.
²) πλεῶπαν. B.
³) Inclusa omittit. A.

Verf. 14. Τοῦτο — νεκρῶν. Πρῶτον μὲν, οὔσης [n]) ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καθ' ἣν ἀνέστη· n) Io. 20. 19.
δεύτερον δὲ, μεθ' ἡμέρας [o]) ὀκτώ· τρίτον δὲ, νῦν. o) Io. 20, 26.
Φαίνεται οὖν, ὅτι μετὰ τοῦτο ἀνῆλθον οἱ [x]) μαθηταὶ εἰς τὸ ὄρος, οὗ [p]) ἐτάξατο αὐτοῖς, ὅτε δηλαδὴ προετράπησαν αὖθις παρὰ τοῦ κυρίου. p) Matt. 28, 16.
ἐφανερώθη μὲν οὖν, καὶ ταῖς μαθητρίαις, καὶ τοῖς παρὰ τῷ μάρκῳ [q]) δυσὶ, καὶ τῷ πέτρῳ, καὶ τοῖς q) Marc. 16, 12.
περὶ [r]) κλεόπαν· [z]) ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς ὁμοῦ; r) Luc. 24, 18.
τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη. [οὐ γὰρ [B]) συνεχῶς αὐτοῖς ἐπεχωρίαζεν. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ εἶπεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔφαγεν· οἶμαι δὲ, ὡς τοῦ λουκᾶ καὶ τοῦτο δηλώσαντος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων, ἔνθα φησὶν ὁ πέτρος· ὅτι [s]) συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.] s) Act. 10, 41.

Verf. 15. Ὅτε — σε. Σίμων, υἱὲ τοῦ ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον ἢ οὗτοι; τοῦτον δὲ μόνον ἐρωτᾷ, ὡς κορυφαῖον καὶ στόμα τῶν μαθητῶν. τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷ, ὁ οἶδεν, ἐροῦμεν προϊόντες.

Verf. 15. Λέγει — μου. Τοὺς μαθητὰς, ἀρνία ἑαυτοῦ φησιν, ὡς ποιμὴν αὐτῶν, οὓς καὶ πρόβατα πάλιν καλεῖ. ζητεῖ οὖν ἀπόδειξιν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἣν [4]) ἐπήγγελται θεῖναι ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου, ταύτην ἀπαιτεῖ θεῖναι ὑπὲρ τῶν μαθητῶν.

Verf. 16. Λέγει — v. 17. σε. Ὁ μὲν χριστὸς ἐκ τρίτου ἐρωτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτάττων, ἐμφαίνει, ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προστασίαν τῶν ἰδίων μαθητῶν, καὶ ταύτην ἁπάσης θεραπείας ἡγεῖται μείζονα. ὁ δὲ πέτρος τὸ

*) Codex B. habet fic: ἐπηγγέλλε. Id effet ἐπηγγέλλετο. Hentenius fortaffe legit ἐπηγγείλατο.

suspicatus; ne forte putaret se amare, non tamen amaret: nam et prius putauerat, se nunquam esse negaturum, et tamen negauit, et modestiorem ipsum ac meliorem affectus ille reddiderat, moerore affectus est, turbatus est, etiam ipsum, vt qui omnia nosset, priusquam fierent, testem facit et ait, Tu omnia nosti, et praesentia et quae futura sunt, tanquam Deus: tu scis, quod nunc toto corde te amem: et nihil amplius dicit, ignorans, quid futurum sit. Nam paulo ante, quum contradixisset, conuictus est, quod vanam habuerit de se fiduciam. Agni itaque et oues dicuntur discipuli propter simplicitatem ac promtitudinem ad hoc, vt immolentur. Et rursum agni quidem, imperfectiores, oues autem, perfectiores.

Petro itaque pascendi curam ac gubernationem committit, vt qui et prius amaris illis lachrymis negationis maculam abluerit, et nunc rursum pro trina negatione trinam offerat confessionem: et tunc quidem opere, nunc autem verbo, lapsui, qui verbo factus est, medetur.

Deinde parabolice praenuntiat ei mortis genus, quod per crucem esset et ipse moriturus: ostendens, quod non tanquam ignorans, aut illi non credens dicebat, quae dicebat, quum optime nosset feruorem dilectionis eius erga se, sed vt et ipse et omnes cognoscerent, quod plurimi faceret praesidentiam super discipulos suos, veluti superius significatum est.

Vers. 18. *Amen — volebas.* Quum esses imperfectior sub imperfectiori Mosaica lege constitutus; parabas te ad id, quod cupiebas, et vitam agebas, vt volebas.

Vers. 18.

5) Malim *θεραπεύσαντα.*

τὸ τριπλοῦν τῆς ἐρωτήσεως φοβηθεὶς, καὶ ὑποπτεύσας, μήποτε δοκῇ μὲν φιλεῖν, οὐ φιλεῖ δέ· καὶ γὰρ καὶ πρότερον ἐδόκει μὲν μηδέποτε ἀπαρνήσασθαι αὐτὸν, ἀπηρνήσατο δέ· καὶ σωφρονέστερον αὐτὸν καὶ βελτίονα τὸ πάθος ἐκεῖνο πεποίηκεν· ἐλυπήθη, ἐταράχθη, ἐθορυβήθη. καὶ λοιπὸν αὐτὸν, ὡς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότα, μάρτυρα ποιεῖται, καὶ λέγει· σὺ πάντα οἶδας, καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς θεὸς, συγινώσκεις, ὅτι φιλῶ σε νῦν ὁλοψύχως, καὶ οὐδὲν πλέον λέγει, τὸ μέλλον ἀγνοῶν. καὶ γὰρ καὶ πρώην ἀντιτείνων ἠλέγχθη μάτην ἰσχυριζόμενος. ἀρνία τοίνυν καὶ πρόβατα οἱ μαθηταὶ, διὰ τὸ ἄκακον καὶ πρόχειρον εἰς σφαγήν. καὶ αὖθις ἀρνία μὲν, οἱ ἀτελέστεροι· πρόβατα δὲ, οἱ τελειότεροι.

Πρότερον μὲν οὖν διὰ τῶν πικρῶν ἐκείνων δακρύων τῷ πέτρῳ τὴν κηλίδα τῆς ἀρνήσεως ἀπολυσαμένῳ, ἄρτι δὲ πάλιν ἀντὶ τῆς τριπλῆς ἀρνήσεως τριπλὴν ὁμολογίαν εἰσενεγκόντι, καὶ τότε μὲν ἔργῳ, νῦν δὲ λόγῳ, τὸ διὰ λόγου σφάλμα θεραπεύει, τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρίζει τῆς οἰκουμένης.

Εἶτα παραβολικῶς προμηνύει αὐτῷ καὶ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον, ᾧ τελειωθῆναι ἔμελλε; δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι οὐκ ἀγνοῶν, οὐδὲ ἀπιστῶν αὐτῷ ἔλεγεν, ἅπερ ἔλεγεν. ἠπίστατο γὰρ πάνυ τὸ διάπυρον τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα γνῷ καὶ αὐτὸς καὶ πάντες, ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προστασίαν τῶν ἰδίων μαθητῶν, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

Vers. 18. Ἀμὴν — ἤθελες. Ὅτε ἐτύγχανες ἀτελέστερος, ὑπὸ τὸν ἀτελέστερον νόμον τὸν μωσαϊκὸν κείμενος, ἡτοίμαζες σεαυτὸν, πρὸς ὃ ἐβούλου, καὶ διῆγες, ὡς ἤθελες.

Verſ. 18. *Vbi — vis.* Vbi autem in virum perfectum profeceris, in menſuram aetatis ſpiritualis, ſub perfecta lege euangelica conſummatus, extendes manus tuas ad crucem: et alius te clauis aſtringet, ac ducet ad mortem, quam etſi voles voluntate, natura tamen non voles: ſiquidem compatitur corpori anima propter naturam, et audita mortis mentione, abhorret, Deo ita diſpenſante vtiliter, ſicut etiam alibi ſignificatum eſt, ne homines in infortuniis facile ſeſe occiderent. Nam ſi valet hoſtis frequenter aliquos ad propriam impellere caedem: tametſi anima adeo fortiter ad corporis coniunctionem affecta ſit, quod futurum eſt, ſi hoc non eſſet? multi profecto ad ſuam procederent interfectionem.

Verſ. 19. *Hoc — Deum.* Gloria ſiquidem eſt, non diſcipuli tantum, qui moritur, ſed et Dei, mors, qua quis propter eum ſupplicio afficitur: eius quidem qui occiditur, quia pro Deo moritur: Dei autem, quod talem habeat diſcipulum.

Verſ. 19. *Et — me.* Hinc rurſum oſtendit, quod prae caeteris ſibi familiarem eum faciat, ac ampliori dignetur honore, vt etiam promtior fiat.

Quod ſi quis dicat: Quomodo ergo Iacobus Ieroſolymitanam accepit ſedem? Dicemus, quod Petrus orbis conſtitutus eſt praeceptor: quum ergo tam praeceptor, quam diſcipuli deambularent, dixit

6) δὲ, abeſt. A.
7) Ita vterque. Forte ἄξει, aut ἀχθήσῃ.
8) Forte μαρτυρίου, aut μαρτυρίας. Cyrillus de re eadem Tom. IV. p. 1120. C. τὴν εἰς αἷμα τιμωρίαν ἐπιθέντες αὐτῷ.

Vers. 18. Ὅταν — θέλεις. Ὅταν [6]) δὲ τελειωθῇς εἰς [t]) ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας πνευματικῆς, ὑπὸ τοῦ τελείου νόμου, τοῦ εὐαγγελικοῦ, καταρτιζόμενος, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου ἐπὶ σταυροῦ, καὶ ἄλλος σε σφίγξει τοῖς ἥλοις, καὶ ἀγάγῃ [7]) εἰς θάνατον, ὃν, εἰ καὶ θέλεις τῇ προαιρέσει, οὐ θέλεις τῇ φύσει. συμπαθεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι διὰ τὴν φύσιν, καὶ ἀκουσίως ἀποῤῥήγνυται, τοῦτο τοῦ θεοῦ συμφερόντως οἰκονομήσαντος, καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται, ἵνα μὴ κατὰ περίστασιν εὐχερῶς ἀνέλωσιν ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι. εἰ γὰρ καὶ τῆς ψυχῆς οὕτως ἰσχυρῶς ἀποστρεφομένης τὴν διάζευξιν τοῦ σώματος, ἰσχύει πολλάκις ὁ ἐχθρός τινας ἐργάζεσθαι φονεῖς ἑαυτῶν· εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ταχέως ἂν οἱ πολλοὶ πρὸς ἀναίρεσιν ἑαυτῶν ἐχώρουν. (t) Ephes. 4, 13.

Vers. 19. Τοῦτο — θεόν. Δόξα γὰρ οὐ μόνον τοῦ θνήσκοντος μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ, ὁ διὰ τιμωρίας [8]) θάνατος· τοῦ θνήσκοντος μὲν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ θεοῦ θνήσκει· τοῦ θεοῦ δὲ, ὅτι τοιοῦτον ἔχει μαθητήν.

Vers. 19. Καὶ — μοι. Ἐντεῦθεν πάλιν δείκνυσιν, ὅτι πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸν οἰκειοῦται, καὶ μείζονος ἀξιοῖ τιμῆς, ἵνα καὶ προθυμότερος γένηται.

Εἰ δὲ λέγοι [9]) τις, πῶς οὖν Ἰάκωβος ἔλαβε τὸν θρόνον [1]) τῶν Ἱεροσολύμων; ἐροῦμεν, ὅτι ὁ Πέτρος τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονήθη διδάσκαλος. περιπατούντων τοιγαροῦν τοῦ τε διδασκάλου καὶ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, ἀκολούθει μοι, σταυρούμενος

9) λέγει. A.
1) Θρόνος apud Patres Graecos notat Episcopatum. Hunc enim primum Episcopum fuisse traditur.

xit ei: Sequere me, vt videlicet etiam crucifigaris et aequalem sustineas mortem.

Vers. 20. *Conuersus — sequentem.* Incedentem post Petrum: casu enim proximus ei deambulabat.

Vers. 20. *Qui et — te?* In coena mystica, sicut ibi significatum est. Reducit autem nobis ad memoriam interrogationem, ostendens, quantam Petrus loquendi adeptus esset libertatem, postquam de negatione resipuerat. Nam qui tunc ausus non erat interrogare, sed dilecto discipulo ad hoc vtebatur: hic non solum praesidentiam erga fratres sibi commissam accepit, verum etiam de dilecti statu confidenter interrogat.

Vers. 21. *Hunc — quid?* Num et ipse te sequetur? num eandem nobiscum mortis via gradietur? num similiter morietur? Siquidem intellexit, quid innuisset, dicens: Sequere me: quumque Iohannem vehementer amaret, cupiebat eum aequalis mortis assumere consortem: et tanquam Iohanne interrogare non audente, ipse interrogat, vicemque rependit. Quid ergo Christus? Priuatum amputans affectum, ac instruens nihil vlterius esse perscrutandum, ostendit vario modo disponenda esse, quae illos contingerent.

† Quum audisset Petrus, (vt quidam aiunt) quod pro Christo esset moriturus, dixit: Et Iohannes, quid? num et ipse moriturus est? Christus autem id quidem non negauit: nam quisquis natus est, etiam morietur: sed ait: si eum velim manere vsque ad mundi consummationem, et tunc de me testificari, quid ad te? Dicunt itaque, eum viuere et sub Antichristo occidendum cum Elia et Enoch, praedicantem Christum. Quod si monumentum eius ostendatur, quid inde? Viuus namque illuc ingres-

νὸς καὶ αὐτὸς[2]) δηλονότι, καὶ τὸν ἴσον θάνατον ὑφιστάμενος.

Vers. 20. Ἐπιστραφεὶς — ἀκολουθοῦντα. [Βαδίζοντα[3]) ὀπίσω τοῦ πέτρου. ἔτυχε γὰρ τότε πλησίον αὐτοῦ περιπατῶν.]

Vers. 20. Ὃς καὶ — σε; Ἐν τῷ δείπνῳ τῷ μυστικῷ, καθὼς ἐκεῖ δεδήλωται. ἀναμιμνήσκει δὲ ἡμᾶς ἐκείνης τῆς κατακλίσεώς τε καὶ ἐρωτήσεως, δεικνὺς, ὅσην ὁ πέτρος παῤῥησίαν ἔσχε μετὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀρνήσει μετάνοιαν. ὁ γὰρ τότε μὴ τολμῶν ἐρωτῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἠγαπημένῳ χρησάμενος εἰς τοῦτο, οὗτος οὐ μόνον τὴν προστασίαν ἐπιστεύθη τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἠγαπημένου θαῤῥαλέως ἐρωτᾷ.

Vers. 21. Τοῦτον — τί; Οὐκ ἀκολουθήσει σοι; οὐ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν τοῦ θανάτου βαδιεῖται; οὐχ ὁμοίως ἀποθανεῖται; συνῆκε γάρ τι ὑπεδήλου, τὸ ἀκολούθει μοι, καὶ σφόδρα φιλῶν τὸν ἰωάννην, ἐβούλετο κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ ἴσου θανάτου λαβεῖν, καὶ ὡς τοῦ ἰωάννου μὴ τολμῶντος ἐρωτᾶν, αὐτὸς ἐρωτᾷ, καὶ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. τί οὖν ὁ χριστός; ἐκκόπτων τὴν μερικὴν φιλίαν, καὶ παιδεύων, μηδὲν[4]) περαιτέρω πολυπραγμονεῖν, καὶ ἐμφαίνων, ὅτι διαφόρως τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομηθήσονται, φησίν[5])

Tt 4 Vers. 22.

2) καὶ αὐτὸς, omittit. A.
3) Inclusa absunt. A. Horum autem loco addit; ἔτυχε βαδίζοντα (sic) ὀπίσω τοῦ πέτρου, ἀνέπεσεν.
4) μηδέ. A.
5) Post haec Hentenius ex margine sui Codicis addidit scholium, quod hic subieci. Similia leguntur apud Theophyl. p. 847. A. et in epistola Michaëlis Glycae, quam edidi cum Isocratis p. 48. Mosq. 1776. 8. Confer etiam Areth. ad Apocal. p. 741. A.

ingressus est, deinde translatus: quemadmodum etiam Enoch et Elias. Euertit itaque Euangelista falsam illorum opinionem, qui existimant, non esse moriturum hunc discipulum: nam ita falsum est, hominem videlicet esse immortalem. Nam etsi Enoch et Elias non sint mortui, sunt tamen mortales. Ita ergo et hic, quanquam mortuus non sit, attamen morietur. Falsum itaque est, quod non moriatur: sic intellectum, quod videlicet sit immortalis. Alii autem affirmant, quod mortuus sit: et dictum illud, Si eum velim manere, donec veniam, intelligunt, quod remansurus erat in Iudaea Iohannes, donec veniret Christus contra Iudaeos, percussurus eos per manus Romanorum: et ita Petrum a Iohanne separandum: vt etiam maiori fructu diuersis locis praedicarent. Omnes igitur opiniones retulimus, vt harum rerum studiosi nullam ignorarent. Qui autem dicunt, eum esse mortuum, in hunc modum referunt. Foderunt, inquiunt, foueam, et in gyro posuerunt lapides: deinde illum ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt foueam illam, et eum non inuenerunt. Verum, quia eum illic deposuerunt, dicunt eum fuisse mortuum.

Vers. 22. *Ait — te?* Si eum velim in viuis manere donec secundo aduentu veniam, quod illi tecum in hoc commune est?

Vers. 22. *Tu me sequere.* Tu tuam mortem considera, nihil de illius morte inuestigans.

Vers. 23. *Exiit — fratres.* Quis sermo?

Vers. 23. *Quod — moreretur.* Verisimile est namque et eos audisse, quae Petro dicta erant. Diuulgatus est hic sermo, videlicet, quod non moreretur: quia errabant, nec sermonis asse-

que-

Verſ. 22. Λέγει — σε; Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ζῶντα, ἕως ἔρχομαι, κατὰ τὴν δευτέραν μου παρουσίαν, τί πρὸς σὲ κοινόν;

Verſ. 22. Σὺ ἀκολούθει μοι. Σὺ τὸν σὸν θάνατον σκόπει, μηδὲν τὸν ἐκείνου περιεργαζόμενος.

Verſ. 23. Ἐξῆλθεν — ἀδελφούς. Ποῖος λόγος;

Verſ. 23. Ὅτι — ἀποθνήσκει. Εἰκὸς γὰρ, κἀκείνους ἀκούειν, ἃ πρὸς τὸν πέτρον ἐρρήθησαν. διεφημίσθη δὲ ὁ λόγος οὗτος, ἤγουν,[6]) ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ὡς πλανηθέντων αὐτῶν, καὶ μὴ

6) ἤγουν, omittit. A.

quebantur intentionem. Deinde corrigit rumorem erroneum.

Verſ. 23. *Et — te?* Quod non ſignificat, eum non moriturum: ſed aliam habet intentionem, vt praedictum eſt. Quis ergo relinquitur ſermo aſſeuerantibus, eum non eſſe mortuum, quum iam ipſemet luculenter clamet, quod errent, qui hoc ſuſpicantur?

Verſ. 24. *Hic — eius.* Et ſcimus, qui ea nouimus, quod verum perhibeat teſtimonium. Apparet enim, quod et alii hoc intelligebant. Itaque, tanquam vehementer fretus veritate, hoc dicit: Noui ſiquidem, quod aliquibus videbitur fortaſſis ſuſpecta dicere, eo quod ab aliis euangeliſtis horum non ſit facta mentio.

Verſ. 25. *Sunt autem — Ieſus.* 7) Hoc etiam ſuperius dixit de ſignis.

Verſ. 25. *Quae — libros.* † Non caperet eos dictus mundus, alio etiam modo: non propter litterarum multitudinem, ſed propter rerum magnitudinem: neque de loco loquitur, ſed de modo.

Hyperbolicus eſt ſermo, oſtendens immenſam multitudinem eorum, quae a domino facta ſunt. Vtuntur autem ſermone hyperbolico et qui ſcribunt, et qui loquuntur, quando rei magnitudinem oſtendere decreuerunt. Hic autem addens etiam verbum, Opinor, auxit hyperbolen, ac ſuadibile fecit, quod incredibile videbatur: inſinuans, quod ob maximam eorum multitudinem ita dixerit. Siquidem et alia multa fecit, vtpote omnipotens: ſiam ei facilius erat facere, quam nobis dicere. Sola autem ea ſcripſe-

7) Incluſa abſunt. A. Reſpicitur autem ad Io. 20, 30.
8) Haec in margine habet. A.

συνεωρακότων τὸν τε λόγου σκοπόν. εἶτα διορθοῦται τὴν ἐσφαλμένην φήμην.

Verſ. 23. Καὶ — σέ; Ὅπερ οὐ δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ἕτερον ἔχει σκοπόν, ὡς προείρηται. τίς οὖν ὑπολείπεται λόγος τοῖς ἐνισαμένοις, ὅτι οὐ τέθνηκεν, αὐτοῦ δὴ τούτου διαρρήδην βοῶντος, ὅτι πλανῶνται οἱ τοῦτο ὑπολαμβάνοντες;

Verſ. 24. Οὗτός — αὐτοῦ. Καὶ οἴδαμεν, οἱ εἰδότες αὐτά, ὅτι ἀληθῶς μαρτυρεῖ. Φαίνεται γάρ, ὅτι καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐγίνωσκον. ὡς οὖν σφόδρα θαρρῶν τῇ ἀληθείᾳ τοῦτό φησιν. ἔγνω γάρ, ὅτι δόξει τισὶν ἴσως ὕποπτα λέγειν, διὰ τὸ μὴ μνημονευθῆναι ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν.

Verſ. 25. Ἔστι δὲ — ὁ ἰησοῦς. [Τοῦτο⁷) καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν σημείων εἶπεν.]

Verſ. 25. Ἅτινα — βιβλία. [Οὐ⁸) χωρεῖ δὲ αὐτὰ ὁ εἰρημένος κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον λόγον, οὐ διὰ⁹) πλῆθος συγγραμμάτων, ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων· οὐδὲ τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ.]

Καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος, ἐμφαίνων τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλήθους τῶν πεπραγμένων τῷ κυρίῳ. χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τῆς ὑπερβολῆς καὶ οἱ γράφοντες, καὶ οἱ λέγοντες, ὅταν ὑπερβολὴν πράγματος παραστῆσαι βουληθῶσιν. οὗτος δὲ καί, τὸ οἶμαι προσθείς, ἐκόλασε τὴν ὑπερβολήν, καὶ παρεμυθήσατο τὸ δοκοῦν ἀπίθανον, ὑποδηλῶν, ὅτι διὰ τὸ παμπληθὲς αὐτῶν εἴρηκεν οὕτω. καὶ ἄλλα μὲν οὖν πολλὰ ἐποίησεν, ὡς πάντα δυνάμενος· ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ τὸ ποιεῖν, ἢ ἡμῖν τὸ λέγειν·

μόνα

9) τὸ, addit. A.

scripserunt, quae ad religionem ac fidem vtiliora erant, magisque necessaria: quod hoc considerarent hi, qui scripserunt, quod qui his, quae scripta sunt, non credit, neque pluribus fidem habebit: ei vero, qui haec suscipit, alia necessaria non erunt.

Vtinam autem et nos perfecti ministri perfectissimae trinitatis habeamur, ac vitam bono fine concludamus, per Christum Iesum Dominum nostrum. Amen.

[1]) συγγραφόντων. A.
[2]) καταλύσαι. A. quod vsitatius est.

Finis omnium.

Digitized by Google

μόνα δὲ ἐγράφησαν τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ πίστιν χρησιμώτερα καὶ ἀναγκαιότερα, ἐκεῖνο τῶν συγγεγραφότων[1]) ἐννοησάντων, ὡς ὁ μὴ τοῖς γραφεῖσι πιστεύων, οὐδὲ τοῖς πλείοσι προσέξει. ὁ δὲ ταῦτα δεξάμενος, ἑτέρων οὐ δεηθήσεται.

Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, τελείους θεραπευτὰς τῆς παντελείου τριάδος ἀναφανέντας, ἀγαθῷ τέλει κατακλεῖσαι[2]) τὸν βίον, ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ἀμήν.

Τῷ[3]) συντελεστῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις. ἀμήν.

3) Haec in fine addidit ſcriba Cod. A.

Τέλος πάντων.

Ioannis

Ioannis Hentenii animaduersiones ad Euthymium Zigabenum, quae in marginibus suae interpretationis Latinae addidit.

Ad euangelium Matthaei.

Cap. I. v. 2. seqq. Veram nominum huius genealogiae orthographiam, et illius quam habet Lucas, ad Hebraeorum fontem, in nostris annotationibus de varia exemplarium lectione ante libri exordium inuenies supra.*) 6. Lucae caput iuxta Graecorum supputationem et 3. iuxta Latinorum, ad id verbum, Qui fuit Matthan.

Cap. III. v. 11. ad scholium: Per metaphoram etc. Qui haec annotauit, videtur legisse, in spiritu sancto et igni.

Cap. V. v. 22. Vide quam miserum est in aliena versari lingua: nam a רקק racac spuit, fit רק rec quod vacuum significat, vel temporalibus rebus, vel intellectu. Vnde 2 Reg. 6. הרקים harekim, habemus translatum, scurra. Sanctes vero Pagninus transtulit fatuum.

Ibidem. גיהנם Gehinnom ad verbum sonat Vallis hinnom. Nam erat locus prope Ierusalem in praedio cuiuspiam qui Hinnom dicebatur,

*) In hac editione. Tom. I. in praef. pag. 100.

batur; in quo primum Israëlitae filios suos viuos cremabant idolo Moloch. De quo Iere. 7. et 4 Reg. 23. vbi dicitur Iosias locum hunc contaminasse proiiciendo in eum cadauera foetida, et alias quasque immunditias, et huic vsui deinceps deputatus est.

ibid. v. 37. Eo intellectu quo Christus iurare prohibuit, nempe rationabili non subexistente caussa: etiam hic vult tali casu nullo hominum impulsu aut metu esse iurandum.

Cap. VI. v. 24. ממונא Mammona Chaldaicum potius est, et diuitias significat.

Cap. VIII. v. 20. Post: lucrum quod quaerebat, addit: Volebat[2]) autem, vt postposita huiusmodi spe, sequeretur: at ille simul vt audiuit, tanquam pecuniae amator, abscessit.

Ibid. v. 28. Potest hoc vocabulum גרגישה Gergesa, si Pagnino credimus, significare peregrinationem, habitationem, vel congregationem, ruminationem, ac prouocationem, vt videlicet deriuetur vel a גור gor, id est, peregrinari, congregare, seu habitare. Vel a גר gar, id est, ruminauit. Aut etiam a גרה gara, id est, litem miscuit.

Cap. XII. v. 3. Non videtur autor hic phrasin considerasse Hebraicam, quam in plerisque sequutos fuisse euangelistas in principio libri diximus: per quam et hic dicuntur panes propositionis. i. propositi, quia recentes super mensam coram propitiatorio proponebantur singulis sabbathis, vt habes Leuit. 24.

Ibid. v. 41. Ad vocabula: Adhuc tres dies: Ne nos accuses, quod tres dies hic posuerimus, immo nec

[2]) Haec in margine sui Codicis videtur reperisse Hentenius. In meorum nullo comparent.

nec autorem nostrum: vide translationem 70. interpretum Ion. 3. qui τρεῖς ἡμέρας legunt. In Hebraeo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc est, quadraginta. Verum autor noster procul dubio linguam ignorabat Hebraeam, sequutus semper 70. interpretes.

Cap. XIV. v. 19. Ad vocabula: συμπόσια συμπόσια: Huiusmodi sane phrases sunt Hebraicae. In veteri siquidem testamento qui Hebraice norunt, talia frequentissime reperiunt, pro numero videlicet distributiuo, geminari dictiones.

Cap. XVI. v. 17. Aiunt enim Hebraei בר יונה bar Iona, sed Chaldaeis בן יונא ben Iona sonat Latinis filium columbae.

Ibid. v. 24. Ad vocabula: Siue vir, siue mulier: τις enim Graecis tam foemininum est, quam masculinum: vt etiam Quis interdum apud Latinos.

Cap. XVII. v. 24. Drachma minae Atticae pars est centesima, sex continens obulos: didrachmum, duodecim.

Cap. XVIII. v. 32. Quantum [1]) exceditur aquae gutta ab inexhausto maris pelago, tanto et multo amplius exceditur nostra humanitas et benignitas a dei humanitate et benignitate.

Cap. XX. v. 23. Ad vocabula: tot diebus: Scio communia exemplaria habere, Diebus mille ducentis sexaginta: non fuit tamen animus quicquam immutare ab eo quod in nostro repertum est exemplari.

Cap. XXI. v. 5. Non te turbet quod in hac prophetia asinum masculino genere vertimus. Ad id enim et autoris enarratio nos coegit et Graecum vocabulum ὄνος, quod tam asinum significat, quam

[1]) Forte haec in margine sui Codicis reperit Hentenius.

quam asinam, id permittit, maxime quum hic careat articulo. Praeterea apud Zachariam litera 70. interpretum non habet ὄνον sed ὑποζύγιον. i. subiugale. In Hebraica autem origine haec dictio המור hamor, asinum masculino genere vbique significat.

Ibid. v. 7. Ad vocabula: super ea: Hanc commode adiunxit expositionem, quod apud Graecos αὐτῶν sensum faciat ambiguum. Vide autem in nostris additiunculis, quas de varia exemplariorum lectione in principio libri adiunximus.

Ibid. 9. ad vocabulum: hymnum: Hinc plane liquet autorem nostrum vtpote Hebraicarum literarum ignarum ad eundem cum Hilario impegisse lapidem. Nam הושיעה נא hosia na, dictiones duae sunt, quarum prior hosia imperatiuus est tertiae Hebraeorum coniugationis, significans idem quod saluum fac: cuius fons siue radix quam vocant est ישע iasa, id est, saluauit: altera pars interiectio est efflagitantis vel obtestantis, ac si dicas, saluum fac obsecro, vt habetur Psalmo 117. Potest etiam dictum verbum in praedicta imperatiui persona habere הושע hosa, vt dicatur, הושע נא hosa na: et ita nostri verterunt. Quod autem dicitur, Hosia na filio Dauid, et Hosia na in excelsis, phrasim opinamur esse Hebraeorum, qui hosia na tanquam particulam bene ominantis vel precantis et acclamantis, variis addere solent dictionibus, vt τῷ υἱῷ capiatur pro τὸν υἱόν· quemadmodum ל apud Hebraeos articulus datiui, non nunquam etiam designat accusatiuum: Et ἐν τοῖς ὑψίστοις capiatur pro ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις qui es in excelsis: sicut ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, qui es in coelis. Est ergo sensus: sal-

uum fac obsecro filium Dauid: et saluum fac obsecro tu qui es in excelsis.

Cap. XXIV. v. 29. ad vocabula: per defluxum: Quum omnia, quae hactenus viderim exemplaria habeant ἀπορίᾳ apud Lucam, hoc est, desperatione aut consilii inopia: et sic iungi videatur praecedentibus: autor hic legisse videtur ἀπορρόιᾳ, hoc est, defluxu, et iungit sequentibus.

Cap. XXVI. v. 1. ad vocabula: decimo tertio vero etc. Memento autorem nostrum in his omnibus sequi dogma Graecorum, quum ipse Graecus esset.

Ibid. v. 36. ad vocabulum: Gethsemane: Quod Hebraeis sonat vallem pinguedinum. Siquidem גיא Ge vallem significat, et שמן Semen pinguedinem vel oleum. Vnde גישמנים Gesemanim vallem oliuarum vel pinguedinum.

Ibid. v. 39. ad vocabula: Hebraica est: Imo אבא abba Chaldaicum potius est: nam Hebraei אב ab dicunt.

Ibid. v. 45. ad vocabulum: ἀπέχει: Propterea nos in Marco traduximus Completum est.

Ibid. v. 50. ad vocabula: ad quod venisti: Quod Graece habetur ἐφ' ᾧ, capi potest pro ad quid et pro ad quod vel propter quod, interrogatiue videlicet, vel relatiue capto ᾧ.

Ibid. v. 52. ad vocabula: vtendum esse gladio: Loquitur de priuata persona.

Cap. XXVII. v. 8. ad vocabulum: Acheldema: Syris enim הקל hacal agrum sonat et דמא dema sanguinem, et ita dicit se legisse Munsterus in Graecis et vetustis Latinis exemplaribus.

Ibid. v. 33. ad vocabulum: Golgotha: גלגלת gulgoleth, hoc est, caput aut cranium, siue caluaria: quanquam Munsterus asserit esse Chaldaicum

ac

ac dici גולגלתא golgoltha, et ita dicit se inuenisse in vetustis exemplaribus Latinis. Nam Christus vsus est, inquit, lingua vulgari inter Hebraeos, quae tunc Chaldaea erat, seu Syriaca magis quam Hebraea.

Ibid. v. 37. ad vocabula: apud Romanos causa dicitur: Hinc apparet autorem nostrum nec Latine calluisse. Dicitur enim titulus a tueor, scriptura videlicet, libro, statuae, aut cuiquam alii apposita: quae autorem aut eum cui apponitur a plagiariis, vel aliis quibusuis tuetur.

Ibid. v. 46. ad vocabula: deus meus: Vide obsecro, quanta sit miseratione dignus qui in ignota versatur lingua. Quanquam enim apud Marcum scriptorum incuria legatur: Eloi Eloi: apud quem etiam eadem causa pronomen Meus, semel tantum ponitur, haud dubium tamen est, quin vterque aut Hebraicis aut Graecis literis scriptum reliquerit, quod Psalmo vicesimo primo dixit Dauid: puta אלי אלי למה עזבתני Eli Eli lama azabtani, aut Chaldaice, sebactani: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me. Munsterus tamen dicit in vetustis exemplaribus Graecis et Latinis se incorruptam inuenisse dictionem Chaldaicam שבקתני Sebactani: Nam a reditu Iudaeorum e captiuitate Babylonica ad Christum natum vix 515. anni intercesserunt, et ita vulgo adhuc Chaldaice magis, quam Hebraice loquebantur. Itaque Christus sermoni vulgi suum accommodabat sermonem.

Ad euangelium Marci.

Cap. I. v. 27. ad vocabula: Quod est hoc verbum? Phrasis est potius Hebraica, vt verbum pro re

vel facto ponatur, quemadmodum ante libri exordium praefati sumus.

Ibid. v. 45. ad vocabula: disseminabat verbum: Et hic quoque phrasis est Hebraica, vt verbum pro facto ponatur.

Cap. III. v. 17. ad vocabulum: Boanerges: Nam בני bene filios sonat Hebraeis, et רגש reges tonitru aut fremitum. Potius tamen legendum est בניא רגש benaia reges, et est Chaldaicum ac sonat filios tumultus.

Ibid. v. 21. ad vocabulum αὐτόν· Potest ergo dictio αὐτὸν eum, referri ad Iesum et ad turbam: nomen enim ὄχλος quod turbam significat, etiam masculinum est.

Ibid. eodem. ad vocabulum: ἐξέστη· Verbum quidem ἐξέστη, significat, in excessum versus est: vel, in furorem versus est: vel, excessit.

Cap. V. v. 41. ad vocabulum: Talitha: Potius legendum esset טליתא taliatha vt i sit consonans et est Chaldaica dictio, atque hoc modo scriptum inuenitur in nonnullis vetustis exemplaribus tam Graecis, quam Latinis.

Cap. VII. v. 34. ad vocabulum: Ephphatha: אפתח eppetach, apertus esto, imperatiuus passiuus est primae Chaldaeorum coniugationis.

Cap. XII. v. 30. Quanquam in nostro exemplari non habeatur, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, arbitror tamen id librarii vitio omissum esse, maxime quum in sequentibus verbis ipsius scribae, inter alia repetatur: Ex tota virtute: et id etiam habeat editio Complutensis et translatio vulgata.

Ibid v. 36. ad vocabulum: dicit: Haec videlicet Hebraica dictio Psalmi 110. iuxta Hebraeorum diuisionem, נאם neum.

Ibid.

Ibid. v. 41. ad vocabulum: gazophylacium: Nam γάζα thesaurus est et φυλάττω custodio.

Ibid. v. 44. ad vocabula: minuta et comminuta; Minuta comminuta siue attenuata, apud Graecos pulchra est allusio quum dicunt, λεπτὰ λεπτυνθέντα.

Cap. XIV. v. 13. ad vocabula: in ciuitatem: Vide annotationem quae habetur super illud Matth. 63. Ite in ciuitatem ad quendam et caet.

Ad euangelium Lucae.

Cap. I. v. 15. ad vocabulum: inebriare: A verbo שכר sachar, quod inebriare sonat.

Ibid. v. 37. ad vocabulum: verbum: Potius. i. omne factibile, vel omnis res per phrasim Hebraicam.

Cap. II. v. 7. ad vocabula: irrationalitate et brutalitate: Non potuimus vno verbo eam reddere consonantiam vel allusionem, quae pulchre apud Graecos apparet, quum dicunt λόγος καὶ ἄλογος, hoc est, verbum siue ratio et irrationalis.

Ibid. v. 17. ad vocabulum: διεγνώρισαν: Potius tamen διεγνώρισαν hoc est notum fecerunt, Vel diuulgauerunt, ob id potissimum quod protinus sequitur, Et omnes qui audierunt, mirati sunt et caet.

Ibid. v. 43. ad vocabulum: sine literis: Ex his verbis, simulque et ab iis quae paulo post habentur super eo verbo, Et visa eo obstupuerunt, apparet autorem sentire, quod virgo hoc tempore non cognouerit Iesum fuisse deum: non tamen ita sentit, quod patet ex illius dicti enarratione: Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo, quod paulo post praedicta sequitur.

Cap. III. v. 24. Veram nominum huius genealogiae orthographiam ad Hebraeorum fontem reductam

in nostris annotationibus de varia exemplariorum lectione in huius libri exordio inuenies circa hunc locum.

Cap. VIII. v. 48. ad vocabulum: sanguinaria: Allusio est apud Graecos quando dicunt φοινικὸς ἤτοι φονικός. i. sanguinarius siue mortifer.

Cap. X. v. 26. ad vocabulum: τί: Ex hoc [4]) autoris scholio videtur iuxta mentem eius legendum in litera Quod, vt pro substantiuo habeat, praeceptum, quod facile subauditur. Nam Graeci eadem dictione τί, efferunt Quid et Quod.

Ibid. v. 34. ad vocabulum: κτῆνος Nam κτῆνος, pro quo hic habemus iumentum, dicitur ἀπὸ τοῦ κτείνεσθαι, id est occidi, quia pecus siue iumentum mactationi nascitur: vel mactari et immolari solet.

Cap. XII. v. 53. ad vocabula: pater esse potest mens: Graecis enim νοῦς. i. mens masculinum est sicut et νόημα. i. cogitatio neutrum. καρδία vero. i. cor foemininum, sicut ἐπιθυμία. i. cupiditas vel concupiscentia.

Cap. XV. v. 21. ad vocabula: gratiam et gaudium: Allusio est apud Graecos inter χάριν et χαρὰν, hoc est, gratiam et gaudium.

Cap. XVI. v. 19. ad interpretationem vocabulorum: Homo quidam erat diues: Tanquam Graecus sequitur dogma Graecorum.

Ibid. v. 23. ad vocabula: Gregorius Dialogus: Gregorium primum, Romanum pontificem, Graeci cogno-

4) Vt lectores hanc Hentenii animaduersionem intelligant, tenendum est, eum ita edidisse:
v. 26. *Ipse vero dixit ad eum: In lege quod scriptum est?* Deinde subiicitur scholium: *Maius praeceptum.* Tum textus rursus: *Quomodo legis?* Et scholium: *Maiora legis praecepta: de maioribus namque ipsum interrogauit.*

cognominarunt Dialogus, vt manifestum est ex concione quadam de orando pro defunctis, quae Damasceni operibus inseritur. Opinor autem id cognominis ipsos illi tribuisse, quo hunc a Theologo vel Nysseno distinguerent, habentes fortassis huius libellum Dialogorum in Graecam linguam versum.

Cap. XXI. v. 25. ad vocabulum: defluxum: Quaere quam posuimus annotatiunculam ca. iuxta Matthaeum 24. secundum numerum Latinorum ad illud dictum: Statim autem post afflictionem dierum illorum et caet.

Cap. XXIII. v. 43. ad vocabula: nondum enim quisquam etc. Diximus iam alibi, quod Graecorum dogma sequatur, nempe Graecus.

Ad euangelium Ioannis.

Cap. I. v. 43. ad vocabulum: Cephas: Munsterus dicit legendum esse כיפא Chepha, quod sonat petram, et dictionem esse Chaldaicam.

Ibidem. ad vocabula: Saram vero Sarram: Iuxta 70. translationem quae prius Sara dicebatur, postea dicta est Sarra literae videlicet adiectione, sicut etiam factum est in nomine mariti. In Hebraica autem et Chaldaica litera, Abraham quidem dictus est litterae additione, Sara vero quae prius Sarai, literae י iod ademptione.

Cap. II. v. 24. Haec diuersa oritur interpretatio, quod πάντα, pro quo in vulgari translatione legitur Omnes, Graecis accusatiuus est masculinus singularis, aut neutrius generis pluralis, et ita verti potest in Omnem aut Omnia. Plurima tamen exemplaria Graeca habent πάντας, hoc est, Omnes, et ita legisse videtur qui vulgarem edidit translationem.

Cap. V. v. 2. ad vocabulum: Bethesda: Imo potius legendum ביתצידא Bethſaida, hoc eſt, domus piſcationis: et eſt loquutio ac phraſis Chaldaica. Sic etiam dicunt, domum ſeminis, agrum: domum iumenti, ſtabulum, et ſic de aliis.

Cap. IX. v. 7. ad vocabulum: Silobe: שלח Salach Hebraeis ſignificat Miſit. Inde שילח Siloach. i. Miſſus.

Ibid. v. 15. ad vocabula: quomodo aperuit oculos tuos? Videtur indubie autor noſter hoc loco legiſſe quod poſtea habetur, πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Vnde ibi etiam dicit illos ad primum quaeſitum reuerti. Pari modo et Chryſoſt. et Theophylact. legiſſe videntur. Aut hoc intellige de his qui antea interrogauerunt eum, Quomodo aperti ſunt tibi oculi?

Cap. XIV. v. 3. ad vocabula: Quanquam enim mortui etc. Iam ſaepius diximus, illud eſſe dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epiſtola ad lectorem.

Ibid. v. 16. ad vocabula: ab illo procedens: Tangit hic dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epiſtola ad lectorem.

Cap. XV. v. 14. ad vocabula: vos amici mei eſtis: Etiam hoc loco praeſens ἐστὲ eſtis, pro futuro ἔσεσθε eritis accipitur, veluti poſt pauca dicet autor: ſicut paulo ante dixit ἐδοξάσθη glorificatus eſt, capi pro glorificabitur, et φέρητε adferatis, pro attuleritis, et frequenter alibi.


Ibid. v. 26. ad vocabula: Procedit itaque etc. Rurſum hic apertius tangit dogma Graecorum.

Cap. XVII. v. 2. ad vocabula: virtus voluntaria: Graecis ſuauis eſt alluſio, quum dicunt, αἱρετὴ γὰρ ἡ ἀρετή. voluntaria enim eſt virtus.

Ibid.

Ibid. v. 12. ad vocabulum: perditionis: Potius phrasis dicatur esse Hebraica sicut diximus ante libri exordium, hoc est filius perditus.

Cap. XIX. v. 13. ad vocabulum: Gabatha: גבתא Gabotha latinis sonat eminens siue excelsum. Verisimile est enim fuisse stratum lapideum eminens, iudicio accommodatum. Est et dictio Chaldaica.



Animaduersiones Editoris ad Latinam Ioannis Hentenii interpretationem.

Etsi Hentenii interpretatio, ex vno libro scripto expressa, ita in plerisque locis, quantum quidem vtriusque linguae patitur diuersitas, fidelis est, vt Codicis auctoritatem in constituendo Euthymii contextu habere possit: tamen occurrunt loca, siue interpretis, siue Codicis, quo vsus est, culpa, in quibus aliquis possit offendere. Ea hic deinceps notaui et ex meis Codicibus correxi.

Ad euangelium Matthaei.

Pag. 14. vers. 29. Euangelistae in inscriptionibus (librorum suorum) euangelium appellarunt narrationem (suam.)

25, 23. *εἰσῆλθε — ὡς εἰς πόρνην.* Ita habet etiam Chrysost. T. VI. p. 275. A. *οὕτως ὁ εἰσιὼν εἰς γυναῖκα ἀλλοτρίαν.* Pro quo est Prouerb. VI, 29. *οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον.*

38, 26. Quod ſciebat, tantum abeſſe, vt ſibi fides haberetur, vt magis etiam irritaret, (ad iram, ad vindictam Ioſephum) ſi culpam conaretur celare.

50, 17. Donec — repoſita ſunt. Ita Latini non nulli habent, notante Sabatierio. Sed Graecum diſcrepat.

52, 21. Pendere tributa. Forte φόρον aut φόρους, pro φιλίαν, legit. Redde: amicitiam exhibere. Ita εὐποιΐαν καταβάλλεσθαι. Alciphr. p. 43.

56, 19. Accederent. Videtur legiſſe ἐπῆλθον, quod non diſplicet.

62, 21. Immortalem. Ἀνάλωτον, qui capi nequit. Idem vocabulum occurrit pag. 71. penult.

Ib. 24. Superſtitem eſſe. Περιγενέσθαι, ſuperare, vincere.

64, 21. Tulit. Suſcepit, ſuſtulit.

68, 31. Quaſi facto. Quaſi ſignis, quaſi ominibus.

70, 10. Citius credentes. Obedientes.

72, 12. Simul etiam, quod Babylonia et Aegyptus in orbe terrarum maxime incenſae erant impietatis flamma.

84, 22. Amplius non rex (erat,) ſed procurator ſeu praeſes Iudaeae Pilatus a Tiberio Caeſare Roma miſſus erat.

90, 21. Pannum et ſimplicitatem eorum. Pannum habet etiam editio princeps Louanienſis. Habebam pro errore typothetae, credebamque interpretem voluiſſe parcum. Reddo: Meminit etiam victus et amictus eius, oſtendens eum tenuem et facile parabilem. (Subitariam.)

92, 1. Virgulta. Cacumina. Ita apud Philon. p. 475. *Der Kopf der Pflanze.*

94, 6. Non parum auertebat metum. Ac ſolus viſus multa refulgebat pietate.

96. In nota. χαλάνης eſt ex Geneſ. X, 10. vbi tamen ſcribitur χαλάννη. Ita habet etiam Epiphanius

nius T. I. p. 7. C. Sed Cyrillus Alexandr. Tom. VI. p. 2. B. in Collectaneis habet: οἱ τὸν τῆς χαλάνης πύργον οἰκοδομοῦντες.

98, 20. Προηγουμένως, non est, erumpendo, sed praecipue, in primis.

Ibid. Post sermonem, ita legendum: vt qui sapientiores videbantur: per eos autem haec illis etc.

104, 28. Nostris quidem maioribus. Redde: Potissimum autem.

106, 14. Operatores. Ὑπὸ ad γεωργ. non ad συναγ. refertur. Ad quam omnes (homines) domini cura (tanquam agri, segetes aut fructus) culti. Ita Corinthii appellantur 1 Cor. 3, 9. θεοῦ γεώργιον.

108, 3. Poenit. act. demonstrarent. Vt resipiscerent, vt aliam mentem induerent.

Ibid. 5. Ὅτι in versione omittendum erat, non reddendum Quod.

Ibid. vlt. et fol. 110, 1. καταβάλλειν non recte redditum est fallere, decipere, quanquam prius ferri possit. Καταβάλλειν est hostem de statu deiicere, vincere. Ergo, vt opprimam — qui oppressit.

110, 21. Deest, post baptizatorum, is, qui baptizabat. Ibid. ἀφεθεὶς, non est, post confessionem, sed: et tunc missus, dimissus.

114, 9. Sine coena mystica. Haec de suo videtur addidisse. In meis non est, ἤτοι τοῦ μυστικοῦ δείπνου.

118, 25. Vt videatur, ad demonstrandum eum esse filium dei, petere.

118, 30. Certe. Forte post ἔχων reperit δῆθεν, idque reddidit certe.

120, 17. Obseruandum. Videtur legisse, παρατηρητέον. Infra 135, 8. ἀπαρατηρήτως prorsus neglexit.

122, 15.

122, 15. Procedere. Imo, quaerere, petere.

Ib. 16. Quanquam etc. cum prius non fecerit, non factum sit.

126, 18. Ideo. Cur.

130, 5. Praedam. Non repugnabo, si quis acceperit de Christo capiente et vincente diabolum, qui Christum capere et vincere voluerat. Locus similis est etiam Tom. XII. p. 356. C. μόνη δὲ λέγετο, [τῇ σαμαρείτιδι] τοὺς μαθητὰς ἐπιτήδες εἰς τὴν ἀγορὰν πέμψας· ἵνα μὴ πτοήσῃ τὴν ἄγραν. Item ibid. p. 379. A. καὶ μὴ σοβήσῃ τὴν ἄγραν.

134, 25. Testamento. Vix putem, διαθήκης repertum esse ab Hentenio in Codice. Malim equidem intelligere πολιτείας, quod paullo inferius legitur.

144, 14. Imprimitur. Noscitur, signatur. Χαρακτηρίζειν, notam rei imprimere, signare.

146, 19. Ob ea, quae quis patitur. Ob rem terrestrem, ob casum, ob infortunium humanum.

148, 1. Δανιὴλ in nullo meorum legitur.

Ib. 9. Forte inuenit σωμάτων ἰδίων.

Ib. 12. Suas aegritudines. Peccata sua.

152, 7. Tanquam — potentem. Vt concessum est naturae humanae.

Ib. 25. Prauum. Deterius.

Ib. 29. Ad deum. Dei.

154, 6. Speciem — visionis. Imaginem diuinae formae eorum, qui habuerunt imaginem coelestis. Sine vllo dubio fit allusio ad 1 Cor. 15, 49. Igitur dubito de integritate lectionis. Aut enim φορεσόντων legendum, aut loco ἐπουρανίου corrigendum χοϊκοῦ. Sed istud facilius est. Hentenius haec prorsus praetermisit.

Ib. 9. Remunerationem — accedunt. Communicationem, quae fit per gratiam, eorum bonorum, quae deus per naturam habet.

Ib. 19. Acceptae. Memoratae.

156, 11. Vtinam — desiderabilia. Cum ea, quae omnibus videntur fugienda, omnibus fiunt expetenda, propter praemiorum magnitudinem?

160, 21. Loco Hoc, lege, Quod si.

162, 21. 22. 23. Malim, ad vitam caute seu prudenter ac tuto agendam. Ἐναγωνίους autem reddiderim, fortes, constantes.

166, 3. Per — solet. Se ipsam illustrare, patefacere.

Ib. 9. Incidere. Munire. Graece eleganter, *τέμνειν ὁδόν*. Sed hunc tropum Latini non sunt imitati, nisi forte vbi sermo sit de rupibus.

168, 23. Quia — perfecit. Imperfecto per perfectum superato. *ἀποκρύπτειν* notionem *superandi* habet, quod orto sole ceterae stellae euanescunt.

170, 27. Quamuis — excelsa. Videtur legisse, aut certe ita reddidisse, ac si repererit, *κἂν μεγάλαι ὦσι*, quod mihi valde probatur.

174, 7. Et his — praecepta. Et cuiusmodi (certamina) praecipiunt mandata Christi. Est vberior explicatio *τοῦ μεγάλους ἀγῶνας*.

Ib. 10. Opposuit. Pro magnitudine iussit, constituit.

176, 13. Hasque relinquit. Hisque relinquit, hisque concedit et permittit.

178, 23. Quum, pro Quia, scribendum videtur.

184, 25. Verisimile — vicerit. Hentenius ita reddidit, ac si repererit: *εἰκὸς γὰρ ἀντίδικον διαμένειν καὶ ὁπωσδήποτε περιγενόμενόν σου.* Quod etsi non ineptum est, tamen nulla adest causa idonea, cum lectio meorum Codicum sollicitetur.

194, 14. Duobus vocabulis expressit Λοίμαργοι. Nec tamen mihi probabile est, duo fuisse in Graeco. Nec proximum ἀπειθὴς sollicito. Ἀπειθὴς, qui difficulter sibi persuaderi patitur. Non ergo opus est altero ἄπιστοι.

Ib. 23. Infantium more viuentibus. Sed νηπιάζοντες et νήπιοι non differt.

196, 16. Miror, interpretem ὅτι expressisse per *quod*, cum id in talibus redundet.

Ib. 18. Plus quam desipere. Seuerius, grauius punitum iri.

Ib. 19. Adhuc amplius. Etiam grauius.

198, 10. Distinxit. Separatim dixit, praecepit.

200, 29. Quam viae — subministrare. Cum ille (oculus) viae dux sit, hic (deus) alimentorum minister.

206, 29. Docendo ac sanando.

208, 9. Vt sic — commutandis. Haec aliena sunt. Euthymius hic tantum explicabat τελῶναι, vocabulo sua aetate consueto, commerciarii.

210, 2. Pro compassiuo praedicetur. Ab eo, cuius misertus est, praedicetur.

212, 13. Propter humanam comitatem. Studio placendi hominibus.

220, 11. Colloquentes, ob humilia. Profitentes, contra humiles.

Ib. 27. In quo — virtutes. Et quia in eo sunt virtutes, potestates ab omni materiae concretione liberae: Δυνάμεις ἄϋλοι, sunt angeli.

Ib. 28. Quibus datur requies. In quibus acquiescit, quibus laetatur deus.

228, 22. Ab iis cau. debemus. Deprecandae sunt.

Ib. Vlt. Solum etc. Definiit, praecepit autem precari ab illo solo liberari.

238, 4. Ostendens etc. Ostendens, se non tam illorum, quam tua caussa haec praecepisse, ita, vt,

vt, etiamsi nemo illorum molestus sit, tu tamen diuitias contemnas easque distribuas egenis.

Ib. 30. Hic rursus ὅτι frustra reddidit Quod.

244, 10. Aptari. Explicari.

Ib. 11. Quandoque — solliciti. Quando sola mente sunt solliciti.

Ib. 13. Aliquando et. Quando.

246, 4. Amplius sese deiicere. Acrius monere. Ita Cinnamus dixit p. 84. πικροτάτοις αὐτοῦ καθίκετο λόγοις. Et Aeschines Socr. III, 15. τὰ δυνάμενα καθικέσθαι τῆς ψυχῆς.

250, 28. Amantis more — dicat. Interrogat enim dicens. Interpres videtur legisse ἐρωτικῶς.

Ib. 30. Possessio. Videtur ergo Hentenius etiam reperisse κτῆμα. Malim tamen κτίσμα. Iacob. I, 18.

252, 27. Scientiam ac prouidentiam. Voluntatem et potestatem,

256, 21. Et ad hoc — viuere. Propterea hoc maxime oportet quaerere.

264. Antepenult. conuitiaris. Patefacis, diuulgas.

268, 7. Deo — assimilentur. Assimilari autem deo et diiudicare indignos.

292, 2. Intelligentis — operationem. Intelligibilem mentis domum.

298, 19. Doctrinam sublimem. Sola verba.

300, 25. Pulchritudine — peccati. Cum ergo pulchritudini mentis nostrae lepra peccati detrimentosa fuerit.

310, 6. Existimantes. Expectantes.

312, 3. Deprecantis. Αὐτῆς, i. e. τῆς θαυματουργίας, fortasse in suo Codice non inuenerat Hentenius. Redde: fides eius, qui ea (θαυματουργίᾳ) eget.

314, 20.

314, 20. Dissolueretur. Cruciaretur. Aliquoties in hoc vocabulo offendit interpres. Vix ergo putem illum inuenisse καταλυθέντος.

326, 8. Poena. Forte τιμωρίας inuenit.

328, 26. Et alii vnum, alii aliud. Forte legit, καὶ ἄλλοι τὸ ἓν, ἄλλοι ἄλλο.

332, 23. Oscitantes, non est in Graeco. Nescio, quid loco εὐέλεγκτον, i. e. facile refutandum, legerit. Mox: Viri accuratam Iudaeae habentes notitiam.

334, 11. Sed, alienum est. Mortuorum animi, daemones facti, ad suorum corporum sepulcra remanent et quibusdam.

338, 22. Quibus sermone. Iis nimirum, qui ratione corriguntur.

344, 8. Nempe deum. Abesse debet, nempe. Forte tamen legit: εἰς δηλαδὴ ὁ θεός.

346, 5. Factu facilius, vtrum dicere hoc, an.

350, 27. Αὐτίκα, non est, statim, sed, exempli caussa.

354, 12. Est fornicator. Videtur ergo legisse ἦ, loco ἤ. Nisi vulgatam Latinam, vt solet, expressit.

358, 23. Filios autem thalami dicit, aptos ad desponsationem. Νυμφών, est locus, domus, vbi nuptiae celebrantur. Νύμφευσις est desponsatio. Sed οἰκεῖος ambiguum est in Graeco. Notat enim et domesticum, seu familiarem, deinde etiam aptum et idoneum. Eodem modo erratum est p. 360. vers. 1. 2.

364, 3. Iam iam morituram. Nescio, an legerit ἐκπνέουσαν. Sed ἐμπνέουσαν, adhuc spirantem, hic etiam locum habet.

372, 12. Eiecit et eiecto soluta sunt vincula, intellexit autem et.

375, 22.

375, 22. De lectione ἐσκυλμένοι oblitus fueram addere, Chrysostomum hunc locum interpretari etiam Tom. XII. p. 390. atque ibidem B. habere τὰ πλήθη ἐσκυλμένα.

376, 22. De ventilabro, area, tritico.

378, 7. Etiam dignitatem. Etiam alios. Forte pro ἑτέρους legebatur ἄλλους, e quo deinde factum est ἀξίαν.

410, 2. Mordentes. Ac si legerit, δάκνοντας. Mox simplex κωμῳδοῦντας legitur.

422, 9. 10. Sentit — intelligit. In Graeco est solum ἀποφαίνεται, quod reddi potest, *loquitur*, *sententiam dicit*.

428, Penult. a domo. Hoc obscurum est. Malim, aut domestica consuetudine, aut a natiuitate.

432, 16. Curat. Etiam hoc obscurum. Malim, temperat, modum ponit huic laudum magnitudini.

446, 9. Sunt autem etc. Significantissimum autem, vsque ad coelum et vsque ad inferos. Siquidem etc.

448, 4. Vt capite — huius. Haec in meis Codd. absunt.

454, 13. Praeterea etc. Rursus autem humilitatem eis proposuit, commendauit.

Ib. 18. Humilitas etc. Humilis enim (corde) omnia, quae patitur, secundum rationem pati existimans.

458, 28. Animalia pascerent. Exta, carnes, secarent et diuiderent.

464, 3. Obtusum aspectum. Hebetes oculos, hebes ingenium.

492, 21. Medici. Vomentes.

504, 12. Salutis domum. Salutem suam. Sine sensu videtur legisse οἰκίας.

508, 18. Dixit — custodit. Dixit, quae voluntatem dei faciunt. Voluntas autem dei, seruare euangelica praecepta et salutem consequi.

510, 16. Tanquam — accederet. Tanquam de re domestica cum eo agere vellet.

514, 16. Vinolentia. Forte legerat οἴνωσις. Οἴησις est vana de se opinio.

522, 15. Post *in istis* haec addenda sunt, quae fortasse in suo Codice Hentenius non reperit: Propterea etiam ἀναπληροῦται dixit, id est, *prorsus completur*, aut ἀναπληροῦται simpliciter pro *completur*.

532, 20. Quousque doceant. Sententia est, antequam doceant.

536, 2. Non ablatos etc. Ita quidem, vt non interficiantur, sed vt priuentur facultate docendi et corrumpendi tritici seminati.

539, 16. Offendo in ὅλων. Hentenius *omnibus*. Forte ergo πάντων inuenit. Certe τῶν ὅλων debet esse.

547, 11. Conspersionem. Commistionem.

574, 4. Nec omnino quiescens. Cumque prorsus non quiesceret. Ioannes nimirum.

582, 11. Egressi sunt. Videtur ergo legisse ἀπῆλθον. Atque ita in textu habet apud Marcum codex vterque meus.

602, versu a fine 6. Non iam ipsum. De Christo sermo est. Hentenius αὐτοὺς videtur legisse.

619, 4. Ad vocabula, ἀπελθεῖν εἰς, noto tantum locum fere similem supra p. 25, 23. Ibi est, εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, ὡς εἰς πόρνην.

626, 15. De micis — sese obtulit. Micae autem intelliguntur curationes casu oblatae.

634, 5. Irascibilem. Tres animi facultates notat h. l. τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικόν. Sed τὸ θυμικὸν latius patet, quam vt vno vocabulo

bulo irascibile reddi possit. Vide scholia ad Synes. T. I. p. 99.

640, 4. Ab imo cordis. Videtur ergo alterum ἀπὸ in suo Codice non reperisse.

Ibid. 11. Apparentiam a coelo. Superficiem coeli.

650, a fine versu penult. et 6. Bis φρόνημα reddidit *prudentiam*. Malim *mentem* reddere.

654, 2. Abunde honoratum. A gloriae studio alienum.

658, penult. Videtur legisse, ὡς γνήσιος φίλος.

666, 18. Praemittens. Addens. Forte legit προτιθεὶς. Aut siglam inuenit πρ̊τιθεὶς, quae προστιθεὶς notat.

668, 23. Ideo autem. Cur autem. Pro διατί, videtur inuenisse διότι, quod tamen locum non habet.

674, a fine 5. Quid autem. Forte legit τί δὲ — αὐτῷ ἢ τοῦτο ἐδίδαξε.

683, 25. Πλήρωμα γὰρ — ὁ χριστός. Videtur hoc loco Euthymius confudisse Rom. 10, 4. cum 13, 10. Idem accidit Cyrillo Alexandr. T. I. de adoratione p. 5.

692, 19. Hic enim — quod praecepit. Mei Codices hoc non agnoscunt. Nescio, an de suo addiderit Hentenius.

694, a fine 5. Ex mente placide composita. Εὐαρέστησις non est, mens placide composita, sed deo placens mentis compositio. Mox iterum εὐαρέστησιν male reddidit placabilitatem. Ceterum non ignoro, εὐαρεστεῖσθαι alibi esse, re aliqua contentum esse, adeoque ea laetari. Eodem sensu dicitur etiam εὐαρέστησις. Sed hic de deo sermo est, cui homo probatur et placet.

696, a fine 10. Aut fumos. Immo, vapores.

700, a fine 2. Volens. Nolens.

706, 22. Vt dictum est. Haec paullo post inserenda sunt, post *habens*.

724, Penult. affectus est. Affecit.

726, 5. Si sic. Forte legit: ἀκόρεστος οὕτως αὐτῶν.

740, 1. 2. Haec referuntur ad vocabula: καὶ γαμήσῃ ἄλλην. Ἄλλην ergo, siue coniugem, siue virginem. Postrema huius scholii verba, *secundo — uxorem*, de suo videtur adiecisse interpres.

Ibid. 6. Tanquam — siquidem. Cum ista res diligentius tractaretur, cum ea res curiosius inquireretur. Propterea graue admodum.

748, 18. Quantum — susceperunt. Quantum ob libidinem reprehenduntur, vim ferri (auxilium ferri) superante etiam intemperantia.

750, 19. Et se suscipere. *Se* omitti debet.

770, 9. Accipere. Ponere, recensere. Nescio, quid legerit Hentenius loco ἐκθέσθαι. Forte ἐνδέχεσθαι. Poterat etiam dicere θέσθαι.

Ib. 10. Similiter. Simul, vno loco, non per partes.

774, 10. Scopo adepto. Solum eius scopum consecutos. Forte etiam pro δρεψαμένους aliud inuenit vocabulum. Certe equidem non memini alibi legere σκοπὸν δρέπεσθαι. In mentem veniebat, etsi non satis probabatur, δραξαμένους, quod tamen frequentius genitiuum quam accusatiuum habet.

792, 19. Quodam — patri. Cui autem animam suam tradidit? Patri.

800, 10. Et vbique — necessitate. Et vbique solis necessariis contentum esse, solis necessariis acquiescere, sola necessaria curare.

Ibid. 25. Aut faces. Forte ergo in suo Codice interpres reperit etiam δᾳδούχους.

820, 9. Captiuitatem. Cupiditatem, credo, voluit.

822, 14. Obaudierunt. Non obaudierunt.

830, 3.

830, 3. Concitarentur. Ipsi hic quoque ferrent sententiam et a se ipsis condemnarentur. Ἐξάγειν ἀπόφασιν iunguntur.

838, 15. Gubernationem. Curam.

842, 8. Αὐτονομία difficulter redditur. Ergo interpres duplici modo reddidit, *libertatem* et *suam legem*. Et quod parabola sua lege vtitur. Αὐτονομία proprie est ciuitatium, quae suis, id est, patrum et maiorum legibus et institutis vtitur. Parabola ergo αὐτόνομος est, quae vtitur consuetudine et venia parabolarum, admiscentium non nulla ad perficiendam et exornandam parabolam, minime pertinentia ad rem eam, cuius caussa interposita est parabola.

850, 16. Consulentem. Suadentem.

854, 18. Effícta — occasione. Ficta a se narratione, ficto a se argumento.

856, 22. In statu poenarum. Poenae loco.

858, 2. Non ergo. Ergo. Interpres οὔκουν videtur legisse pro οὐκοῦν.

861, 1. Φωτοειδὲς, non est *lux perpetua*, sed *lucidum*.

862, 7. Ante *dixerunt*, addendum *scribarum*.

864, 19. Directus. Missus. Forte in Codice inuenerat ἀπευθυνθείς.

868, 22. De perfectis. Vltimo. Forte τὰ τέλεια legerat.

874, versu a fine 6. Tantum. In Graeco additur: sed et in aliis exiguis rebus.

892, penult. Interpres non cepit ἐπικρεμάσαι τινὶ φόβον. Redde: Quoniam gehennae metu iniecto eos non commouerat, quod scilicet futura est, terret eos ac certos reddit a calamitatibus. Sententia est: Quoniam ea, quae remota sunt, haud adeo metuunt homines, periculis vicinis eos terret. Καταοφαλίζεσθαι h. l. est omnem

 dubi-

dubitationem futurarum poenarum tollere per poenas proxime futuras.

902, 9. Erexit se. Seditionem mouit, rebellauit. Notum est hoc sensu ἀνταίρειν et ἀντάρτης.

904, 1. Certaminum praefectos. Ad certamina idoneos.

916, 10. Et fugam expeditam eam. Haec non sunt in Graeco. Forte autem voluit, et ad fugam. In Codice illo fortasse erat: κούφην καὶ εὔσταλῆ πρὸς φυγήν.

Ib. 14. Et simul cum embrionibus ac lactentibus peribunt.

Ib. 19. Pusillanimis. Hoc non est in Graeco. Similem sententiam reperio in Catena Corderii ad h l. ex Isidoro et apud Isidorum Lib. I. Epist. 212. Etiam in schedis meis inter inedita scholia est eiusmodi Seueri. Sed in his βραχύτατον non reperitur: νηπιῶδες autem et ἀτελές. Βραχύτατον interpretor βραχυβιώτατον. Alia enim subesse sententia nequit. Forte Hentenius e suo Codice exscalpserat βραχύνουν, cuius exempla ignoro.

Ib. 22. Protendebant. Protendebat, dirigebat Christus nimirum.

920, 7. Etiam — ferebantur. Et contra vbique dispersos ferebantur.

924, 4. Hentenius λέγεται videtur legisse loco γένηται, quod tamen minime probandum. Redde: si eis possibile sit.

934, 19. Pro priori ἔτι videtur inuenisse τότε. Deinde: facile a corde excidebant, non est in Graeco. Nam εὐεπίληστος est ex ἐπιλανθάνω, qui rerum facile obliuiscitur. Redde ergo: sed vt adhuc obliuiosos etiam certos reddit.

939, 19. Sedulo laborantem. Malim, iam efficacem.

950, 20. Tenacitate. Vitiosa parsimonia.
956, 23. Nullo delectu. Ita, vt non opus sit ad ea attendere.
958. Vlt. Proficiscuntur ad. Lucrantur, cum fructu curant.
960, 18. Requiem et beatitudinem. Omnem beatitudinem. Forte pro πᾶσαν legit ἀνάπαυσιν aut ἀνάπαυλαν καὶ.
978, 2. Vt figura — disponendo. Vt figura (agnus paschalis, qui Christum praesignificauerat,) plane similiter suum haberet euentum.
Ib. 13. Assequutus est. Legit.
980, 4. Propter quod illi mercedem. Propter quod illi nec mercedem.
986, 25. Ascita. Oblata.
Ibid. 29. Illi responsum est. Excusationem habuit.
988, 10. et 12. Magistratibus. Euthymius de militibus Romanis accepit, non de praefectis templi. Ergo, ducibus, praefectis militum.
992, 7. et 8. Ad vesperam. Hoc ex Vulgata Latina videtur addidisse interpres.
1002, 10. Mutationem. Communicationem. Hentenius fortasse inuenerat μετάμειψιν.
1012, 16. Apposuit. Forte Codex interpretis habebat παρέθηκε.
1018, 6. Aërea. Ἀέριοι καὶ, non reperi in meis Codd.
Ib. 23. Ad passionis tamen nomen. Ipso tamen passionis tempore.
1020, 24. Quae sunt. Quae sua sunt.
1022, 9. Pulcherrima etc. Qui pulcherrime de huiusmodi pascha disseruit, philosophatus est.
Ib. 23. Concertatione. Mora.
1030, penult. Qui in his versaretur. Qui horum fieret particeps.

1034, 15. Vilius temporis. Continui tractus. Ἀγωγὴν appellat cantum galli gallinacei continuum, distinctum tamen suis interuallis. Easdem enim voces aliquoties continuo repetit ac deinde requiescit.

1042, vers. 4. a fine. Timere. Dubitare. Vt deus enim norat, vtrum fieri posset, nec ne. Haec ergo apud Henteniuin exciderant. Pro ἐπιδοιάζειν vero legisse videtur ὑποδειλιάσαι aut ὑποδειλίζειν.

1054, 12. Patienter enim expressit ei. Indulgenter patefecit ei.

1066, Antepenult. Nam apud iudices etc. Sciebant enim, se apud alios iudices eo non superiores fore. Ἑτέροις prorsus neglectum. Τούτου autem non ad *negotium*, sed ad Christum refertur.

1068, 18. Duo diuersa. *Duo* non est in Graeco.

1070, 9. Veritatem deponit. Assentitur, ait, affirmat. Κατατίθεσθαι est assentiri, comprobare, affirmare. συγκατατίθεσθαι habet Luc. 23, 57. et hic paullo inferius Euthymius p. 1083.

1074, 25. Vacua. Immo *caua*. Forte κενῇ pro κοίλῃ inuenerat.

1076, 24. Qualem reddidit. Quomodo affecit.

1082, 8. *Nunc*. Non est in Graeco.

1084, 17. Depositus etc. Laqueo solutus est. Forte καθῃρέθη legit.

1088, 3. Multis aliis verbis. Aliis dictis. *Multis* non est in Graeco.

1090, 5. Abducere. συναρπάσαι non est *abducere* sed repentino quodam impetu abripere, compellere et opprimere aliquem, vt aliquid faciat. Forte *adducere* scripserat.

Ib. 11. Similis etc. Professio quaedam est irreprehensibilis et plena modestiae.

1099, 5. Ergo Hentenius post γενέσθαι iterum inuenit καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.

1102, 23. Ante *dicens* addendum *Ioannes*.

Ib. 25. Retraheret. Forte pro ἐκλύσαι inuenit ἑλκύσαι. Male.

1105, 1. Malim nunc ὀψὲ γοῦν ποτε. Forte enim ita inuenerat interpres. Certe istud *vel* id indicare videtur.

1114, 25. Eo quod indecens saluatori fuisset. Quod seruator paucis contentus fuit. Aut propter frugalitatem, propter simplicitatem seruatoris. Forte in siglam incidit Hentenius ac coniecit ἀπρεπὴς, quod tamen huic constructioni non conuenit.

1122, 15. Sua malitia. Ac si legerit ἐκ κακουργίας. Vt ego edidi, κακουργίας refertur ad αἰτίαν.

Ib. 16. Affigere aut diuulgare. In Graeco est tantum ἐπιφημίζειν, quod est *rei nomen dare*. Reddas: ne quid aliud crimini dare possent Christo.

Ib. 20. In altum positae. Ἀνακεῖσθαι dicitur, quicquid publice aut in publico loco scriptum aut positum est. Redde: Cum vero titulus ille publice expositus luculenter regem eum declararet.

1124, 7. Dicit enim. Malim etiam ante *dicit* et post *spectans* duo puncta ponere.

Ib. 8. Pro *vtque*, malim, *et vt*.

Ib. Laborans. Laborarunt.

Ib. 9. Modis omnibus faciens. Omnia fecerunt.

1126, 20. Aut iusti. Nec iusti profecto iusti. Omisit interpres πάντως δίκαιοι.

1128, 4. Laborum. Malim dolorum, aut, cruciatus.

1134, 7. Absurdum ac irrationabile. In Graeco vnum est vocabulum παραλόγῳ. Παράλογον sane est id, quod fit παρὰ λόγον, contra ratio-

nem. Malim tamen, inuſitatum, inauditum, ſtupendum, horrendum.

Ib. 13. Lucemque daturi. Et ſplendituri. Nimirum pietate et virtutibus.

Ib. 26. Quod autem — accipe. *Accipe* prorſus non eſt in Graeco. Breuius reddas: Quod vero probabilius. Ἑρμηνεία χαριεςέρα eſt interpretatio probabilior, acutior, ſubtilior, verior.

1138, 16. Poſt *illud*, omiſſum, *videntes*, *quae flebant*.

Ibid. Ante *dolorem* adde: non audentes enim loqui, propter metum principum ſacerdotum, percutiebant (plangebant) pectora ſua. Forte haec exciderant ex Codice Hentenii.

1140, verſu a fine 3. Viſcerum inflammatione. In libello medico haec ita ad verbum reddita eſſe, nemo reprehendat. Hic autem non proprie, ſed translate loquitur. Φλεγμονὴ σπλάγχνων ergo eſt dolor acutiſſimus. Redde: acerrimo dolore, ſumma triſtitia.

Ib. vlt. Naturae aculeos. Φύσις hoc loco notat affectionem matris aduerſus filium. Redde: propter vehementiam materni affectus.

1146, 13. In altari. In Graeco non leguntur. Forte perſpicuitatis cauſſa haec addidit interpres.

1168, 14. Ob ſplendorem. Ob facilitatem, celeritatem. Neſcio ſane, quid legerit interpres. Forte τῶ ὡραίω, loco τῶ ῥαδίω.

1174, verſu a fine 4. Praecipuus. Immo, dux, princeps.

1186, 22. Ab vno monte. *Vno* redundat.

1188, 2. Perfecti ac vniuerſalis. *Vniuerſalis* prorſus alienum eſt. Παντέλειος eſt perfectus, perfectiſſimus. Ita πανάριςος.

Ad

Ad euangelium Marci.

Pag. 18, v. 3. Tollens. Legit ergo ἄρας, loco αἰρᾶς. Corrigendum erat hoc ex LXX.

28, 8. Etiam nunc. Corrige, nouam. Hentenius loco καινὴν videtur inuenisse καὶ νῦν.

84, 4. Tale quippiam. Videtur ergo legisse τοιοῦτόν τι, quod nec mihi displicet. Supra pag. 81. vers. 13. de re eadem est, τοιοῦτον θαῦμα.

Ib. 16. Modo puellulam. Forte ergo legit, Ἐπειδὴ καὶ παιδίον καὶ κοράσιον ταύτην.

88, 5. Imo — est allatura. Multa hic Hentenius vel ex Codice suo, vel explicandi caussa de suo addidit, quae nec apud Gregorium, nec in meis reperiuntur Codicibus.

102, 2. Vocabula, ac salute, interpretationis caussa addidisse videtur Hentenius absque Codicis auctoritate.

110, 2. Partem vltimam scholii non expressit interpres.

113, 13. Ὁμολογῆσαι θεοῦ. Forte interpres inuenit, ὁμολογῆσαι εἶναι θεοῦ, quod nec mihi displicet.

136, 2 — 4. Non cepit interpres sensum horum vocabulorum. Crucem suam tollere explicat Euthymius ita, vt duo mala, duo bona memoret. Crucem ergo appellat primo, carnalis voluntatis, seu cupiditatis, exstirpationem et depositionem voluptatis, quae animum male afficit et ad affectus incitat. Haec sunt duo illa mala. Deinde duo bona notat: Crucem tollat, id est, sumat sensum doloris honesti, seu talis, qui est ex virtute, et a terrenis se attollit. Ἐνάρετος non est *fortis*, sed id quod cum virtute coniunctum est: et ὕψωσις, ad verbum altatio, non est fastus, sed remotio a rebus terrestibus, contemtus rerum terrestrium.

168. 1.

168, 1. Ianuis. In Graeco est θυρίσι seu fenestris. Quoniam tamen paullo ante legitur θυρωρὸς, coniici possit θύραις loco θυρίσιν. Sed alibi etiam de sensibus, apud Patrem Graecum, nescio quem, inueni θυρὶς, non θύρα. Aliquam ergo saltem hic spectauit similitudinem, vt solet fieri in interpretationibus allegoricis, id est, puerilibus.

Ad euangelium Lucae.

204, 4. 5. Vt — rapiaris. In Graeco expedita sunt omnia. Vt cognoscas, vt magis (firmius) complectaris certitudinem sermonum fidei. Interpres videtur legisse: ἵνα ἐπιγνοὺς πλέον κατασχεθῇς τῇ ἀσφαλείᾳ. Sed ea, quam nos edidimus, verior est haud dubie lectio.

211, 5. a fine. De vocabulo σίκερα ita habet Chrysost. T. VI. p. 57. C. σίκερα ἐνταῦθά φησι τῶν φοινίκων τὸν ὀπὸν, ὃν ἐπετήδευον, συντρίβοντες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς οἴνου μετασχηματίζειν φύσιν. καρωτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον, καὶ μέθης ἐργαστικόν. Adde Theophyl. p. 301. C.

222, 22. Susceptionis liberorum. Adde: in senectute. Hoc enim interpres omisit.

252, 2. Imperasset. In Graeco est, *ornasset*, id est, auxisset et ornasset aedificiis, incolis et aliis.

256, 1. Factus est. Videtur ergo legisse ἐγενήθη.

262, 11. 12. Nam hoc — reliquum est. Suum enim impleuit (fecit) et superfluum est in posterum, cessat in posterum.

276, 14. Illud absoluebat. Istum quidem dimisit: hanc vero retinuit. De Simeone sermo est et Anna, non de testamentis. Ἀπολύειν respicit ad Cap. 2, 29.

284, 21.

284, 21. Gubernationem. Immo domum. Κατοικία nusquam est gubernatio, sed διοίκησις. Patet id vero etiam ex l. l. Nam ad Matth. pag. 1065. ita habet: καὶ γὰρ ἀμφοτέρων εἷς οἶκος καὶ μία αὐλή.

286, 16. Delens. Planam faciens, aequans. Hoc enim est h. l. λεαίνειν.

Ib. 21. Morbi sensus etc. Sensus conscientiae ex iis, quae quilibet peccauit, quasi clamans et arguens occulta cordis etc.

288, 8. In modum torrentis etc. Quasi excauata et abscissa est a coniunctione et copulatione spirituali mentis, quae est secundum legem dei vincientia.

308, 15. Prouidentiam suam. Suam non est in Graeco. Οἰκονομίαν autem alibi reddere solet dispensationem. Οἰκονομία est vocabulum eius modi, quod Latina lingua vix exprimit. Hoc loco reddere possis, opportune.

Ib. vlt. Ipsos nec in Graeco est, nec necesse est addere.

322, 12. Capturae magnitudine. Prorsus piscatione.

Ib. 19. Possent. Hic deest apud interpretem: participes autem vocat socios.

324, 23. Facinorosi. Immo, subdoli, versuti.

326, vlt. Et saepius. Saepius autem.

330, 14. ἐπιδοχή. Ita Hentenius edidit. Sed legendum ὑποδοχήν.

370, 3. Post, sollicitudinibus, omisit, et diuitiis.

Ib. a fine 5. Quamquam etc. Saepe vero etiam in vita eius hac, qui eam fecit.

382, 3. Expectabat ipse. Ipse in eo persistit ac dicit.

Ib. 4. Stuporem. Ἔκστασιν, loco ἔνστασιν videtur legisse. Redde: huius perseuerantiam. Nam ἔνστασις non differt ab ἐπιμονή.

392, 15.

392, 15. Quum vnum — sumus. In Graeco tantum est: Filius enim eius est.

394, 13. Ad loca — separata. Vt nimirum referrentur ad destinata ipsis loca.

Ib. 16. Videntes — ipsi etc. Videntes autem, istos (Mosen et Eliam) etiam ita supernaturaliter assumtos, magis timuerunt.

404, 18. Et sequi se. Et, non est in Graeco et abesse debet.

406, 13. Coniunctim. Κατὰ συζυγίαν est binos.

408, vlt. Hic desunt in Latino, quae Hentenius in suo Codice non videtur reperisse. Praecepit vero haec etiam duodecim laudato capite decimo nono.

434, 19. Qui conuenienti. Qui non conuenienti.

Ib. 28. Huc reducere. Ἀναγαγεῖν est anagogice seu allegorice explicare.

436, 22. Creata est. Legit ergo etiam πεφυκέναι.

444, penult. Animae tuae fenestra. Quae animum tuum collustrat.

446, 28. Nationibus. Vitiose ergo legit ἐθνῶν. Redde: cum ceteris ritibus etiam hunc, putantes.

450, 6. Et praesertim — videant. Redde: Aliter etiam, iis, qui prorsus sunt obtenebrati, magnum est, vel exiguum illuminari. Vocabula, ἄλλως τε καὶ, notant aliam explicationem.

454, 8. Techdae. Forte ergo legit τέχνης.

460, 22. Cognoscit enim, quod. Haec frustra addidit interpres. Οἶδε nihil aliud est, quam *solet*.

462, 3. Locum — conuenientem. Modum excogitat ea dignum. Interpres videtur legisse τόπον. Τρόπος refertur ad πλεονεξίας.

468, 3. Tribus vocabulis reddidit vnum πιφάντες.

Ib. 10. Oportet enim illos semper lucere et illuminare, illum quidem nos, hunc vero eos, qui a nobis docentur.

476, 8. Quanquam. Quodque — transibit.

Ib. 15.

Ib. 15. Et quodammodo. Videtur ergo in textu legisse, καί πως. Hanc lectionem comprobat etiam subiecta interpretatio. Nam ὡσανεὶ non est καὶ πῶς, sed καί πως.

478, 23. Qui — oriatur. Τὴν προτεθεῖσαν est, quem proposuerat, de quo ante dixerat.

Ib. 28. Post *erant* adde: cognatione et coniunctione. Sic enim mox p. 480. reddidit: κατὰ συγγένειαν καὶ σχέσιν.

488, 14. Interpres videtur legisse, διὰ συκῆς ἀκάρπου.

490, 16. Inter eos. Videtur inuenisse, ἐν αὐτοῖς. Male. Ἐν αὐταῖς, id est, ταῖς τρισὶ πολιτείαις. Ergo *in istis*. Mox ante *etiam* addiderim *quin*.

494, penult. Loco *sane*, reddendum est, *num*. ἆρα enim non conclusionem, sed interrogationem hic notat. Ei nunquam est *sane*, sed ἦ. Hoc ἦ Pseudo-Didymus ad Iliad. p. 23. explicat ὄντως, ἀληθῶς.

510, vlt. Quam — nesciat. Redde: Sine discrimine autem caenam eam nunc appellauit. Nam, vt mox docet, alibi vocauit prandium. Ergo ἀδιαφόρως vsus est vocabulo δείπνου et ἀρίστου. Forte, quia reddit, *quod finem nesciat*, inuenit ἀδιάφθορον.

512, 28. Repulerunt. Magis perspicuum erit, si *repulerunt* ponatur post *fruitionem*.

522, 14. Post *affectos* omisit interpres haec: fimum autem doctores, vt impinguantes et commodo afficientes.

539, 16. Ἀποβλέπω. Forte interpres legit ἀποβλέπων.

552, 10. Ipsi — facti. Τούτου refertur ad τόπον. Πρόξενος vero non est hospes prior, sed is, qui aliis

aliis alicuius rei auctor et adiutor est. Redde: eius rei facti adiutores.

574, 23. Datur his. Redde: Datur enim id (regnum dei) hic quoque.

582, 10. Satis apparet ex versione, Hentenium inuenisse ὑποπιάζῃ. Ceterum δυσωπεῖν τινα non est *grauiter adspicere*, sed *vultum alicuius ad pudorem et verecundiam mouere*, adeoque *exorare*. Hoc loco reddere possis: *pudere me faciat*.

586, 21. Corruperunt. Sufficiebat, amouerunt.

594, 27. Illis — offeramus. Redde: iniuriis admoueamus. Interpres loco ἀδικήμασι videtur legisse ἀδικήσασι.

620, 24. Intelligentiam. Sententiam.

638, 9. Siue συνιατήριον etc. Hic quaedam de suis videtur addidisse interpres.

Ib. 17. Tandem. Τέλεον est *prorsus*.

658, 22. Supra id erat. Παρ' αὐτήν, id est, τὴν μνήμην, *praeter hanc*, *quam hanc*. Nec enim legitur ὑπέρ.

669, 15. Νῦν δὲ — ἀπηλπίσαμεν. Haec interpres non agnoscit. Redde: Nunc vero ita mortuum desperamus. Intellige, αὐτὸν εἶναι λυτρωτήν. Possit vero etiam alicui in mentem venire ἀποθανόντος, intellecto αὐτοῦ, Nunc vero ita mortuo desperamus.

670, vlt. Saliebat etc. Omisso ἤγουν, interpres pro duobus vocabulis reddidit tria. Ceterum vtrumque σφύζειν et πάλλεσθαι de motu et pulsu cordis dicitur.

676, 21. Coelo — diuinitate. Ac si legerit ἐξ ὑψηλοῦ οὐρανοῦ καὶ ὑψηλῆς θεότητος. Redde: caeli aut diuinitatis.

Ad

Ad euangelium Ioannis.

6, 1. seq. Praecipua — iudicauit. Haec suo arbitrio mutauit interpres. Poterat ad verbum exprimere: Sed de diuina saluatoris gratia falsa sunt. Redde: Maxime vero curat ea, quae ab illis sunt praetermissa magisque quam reliqui (curat) doctrinam de diuina seruatoris natura, vt maxime necessariam, propter futuras haereses. Θεολογικὴ διδασκαλία, theologica doctrina, est doctrina de Christo, vt deo.

Ib. 18. Erat, quod. *Quod* delendum. Obscuram enim reddit orationem. In Graeco est, Istud Erat.

20, 24. Vnius. Pro οὐδεὶς videtur legisse μιᾶς.

Ib. 25. et 31. Bis habet *miles*. Sed in Graeco non est ςρατιώτης, sed ςρατηγὸς, *belli dux*.

Ib. 31. Bellum. Videtur legisse πόλεμον. Mei habent *hostem*.

52, 28. Omnibus. Permutauit ergo πᾶσι cum παισί. *Solis* non est in Graeco.

40, 1. Putabant etc. Redde: Stulte enim credebant, cum iam contemni se videret, ipsum quoque, vt hominem, aliquid humani passurum, ac, si semet ipsum per arrogantiam Christum renunciasset, simul extinctum iri de Iesu famam, contra quam omnia moliebantur. Malim ergo legere, τὸν χριςὸν ἀνειπὼν λοιπόν. Constructio enim est, ὅτι πείσεται καὶ (ὅτι) σβεσθήσεται.

54, 4. Soli. Interpres videtur inuenisse, διδόμενοι, quod nec mihi displicet.

56, 12. Vocabulum. Nomen.

Ib. 22. Qui de eis colloquimur — versamur. Duplici modo reddidit, καὶ ὁμιλοῦντες αὐταῖς. Ὁμιλεῖν ταῖς γραφαῖς est litteras sacras tractare, aliis exponere. De sacerdotibus enim loquitur.

58, 6. Inquiunt. Ac si legerit φασί. Sed multoties singularis etiam ita adhibetur.

62, 13. Benignam — quodammodo. Humaniter remouet, non quod iuuentus sit, sed quod a Nazaret sit, et plane quodammodo.

Ib. 17. Figurarum. Forte legit τύπων, loco τρόπων. Sermo est de constanti ac firmo Nathanaëlis ingenio, quod falli non potuit.

66, 26. 27. Hoc — illud — et. Τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ — τοῦτο δὲ, ex quibus postremum non videtur agnoscere Hentenius. Reddi debebant, Tum tempore passionis, tum resurrectionis, tum assumtionis.

68, 13. Christus vero etc. Christus vero etiam sermonem hic terminauit, relinquens illi secum reputare, quae dicta essent.

70, 1. Matre etc. Matris admonitio non solum intempestiua, sed et suspecta atque illorum, qui libenter reprehendunt, cauillationibus obnoxia.

Ib. 22. Matris etc. Quodque admonitionem suam non esset neglecturus, mensae ministros. Loco τὴν ταύτης legendum videtur aut τὴν αὐτῆς, aut τὴν τοιαύτην.

78, 16. Quidnam est hoc? Aliquid ad haec. Hentenius non videtur inuenisse πρός.

81, 3. Nescio, an non interpres legerit φανερώσοντας, quod nec mihi displicebat.

90, 21. Sed esse — obtenta. Sed diuina, egens ea. Δεόμενος hic non est *precans*, sed *egens*.

Ib. 24. Nosse deum. Nosse eum.

92, 18. Occulte. Forte, *occulta* seu *obscura*. Et mox, *excitant*.

94, 31. Sine verbo. Sine ratione.

Ib. 32. Verba. Immo, *rationes*, *caussas*.

96, 5. Perfectum verbum. Certa ratio.

Ib. 23.

Ib. 23. Non quia esset a muliere. Neque tamen, quod nec ex muliere.
98, 11. Eius. Eiusmodi.
106, 4. Per baptismum. Per crucem.
114, 3. Auersum — salute. Animi enim peruersi, oculos claudere luci et voluntarie tenebris offundi, ac non solum ipsum non venire ad lucem, sed contra etiam, luce magis ad eum appropinquante, fugere et auersari salutem suam.
116, 2. Siquidem etc. Ne enim circumcurrentes, ita congregarent eos, qui credituri essent, quod — Philippus, baptismum instituerunt, qui multos congregare posset, quos.
Ibid. 28. Multa deblaterassent. Debacchati essent, cum furore egissent.
118, 19. Id persuadere. *Id* non est in Graeco.
122, 29. Ita et istud etc. Ita et hoc de se.
126, 12. Siquidem etc. Quia enim, cum missus sit, verba dei.
Ib. 28. Eiusdem naturae. Forte, simul natam.
142, 11. Loqui perseuerat. Humaniter colloquitur ac permanet.
152, 13. Repentinum. Repente. Est enim ἀθρόον aduerbium.
154, 21. Siquidem instructi erant etc. Bene enim instituti est, non omnia doctoris curiose inquirere.
158, 1. A patre. Ab intellectu.
162, 27. Matris ipsius. Interpres omisit; et eius, qui putabatur, patris.
170, 19. Caeci autem etc. Caeci autem, quomodo? A strepitu, qui fiebat, hoc discebant.
182, 29. Causam tradere videtur aduersariis. Submittit. Id est, verba quidem submissa, sententia vero neutiquam.

184, 9. Intelligentes praebet. Formas imprimit.
Ib. 12. Modo paterno. Modo spirituali, spiritualiter.
188, 9. Naturalem non. Non genitum.
Ib. 15. Et quanquam etc. Si autem necesse est, etiam audacter aliquid respondere.
200, 23. Circa electiones. Sicuti haeretici.
Ib. 24. Campus. Locus. Χωρίον dicitur, vt Latinum locus, eo sensu, vt notet locum in libro. Eodem modo ῥῆσις adhibetur.
202, 18. Ex abundante cautione. Cautione, non est in Graeco. Ἐκ περιουσίας satis nota est formula.
216, 4. Vsitatam ac consuetam. Moratam. Interrogatio ἠθικὴ est ea, quae mores et ingenium interrogantis exprimit.
Ib. 31. Coaccusatorem. Defensorem, et quasi patronum.
222, 18. Non, quod — materia. Et propter hoc ipsum, et vt ora. Alia hic in suo Codice, haud absurda, videtur inuenisse interpres.
224, 2. Despiciendos esse etc. Despicienda esse, quae hic clara sunt.
Ib. 18. In quibus etc. Attende vero, quod postquam. Credibile est, Codicem Hentenii hic corruptum fuisse.
228, 23. Ceteris omnibus etc. Reliqua omnia secunda, (id est,) inferiora censebant. Nec tamen omnes.
232, 8. Apposuit. Immo, elegit, dedit ad hoc, vt.
Ib. 11. Ac si videlicet etc. Vt illud: qui eius testimonium accepit, ostendit (confirmauit) deum esse veracem.
236, 14. Requie. Sic hic et p. 240. reddidit ἀπόλαυσιν, fruitionem. Nisi ἀνάπαυσιν legerit.

344, 3. Repetens. Hoc de suo videtur addidisse interpres.

252, 7. Transumtionem. Ad verbum, participationem. Μεταλαμβάνειν τινὸς est participem esse alicuius rei.

254, 21. Conuenienti tempore remansisse. Conueniens tempus expectare.

262, 6. De bonis. Vtiliter.

268, 7. Eo non — errabant. Exciderunt conatu, illo non inuento.

Ib. 10. Quendam irae tumorem. Iram paullulum remissam esse. Sic paullo ante pag. 267. vlt. est χαυνωθῆναι.

Ib. 25. Sui admirationem. Imperterritum animum suum.

274, 20. Legis accusare etc. Eos, qui leges violant, alium accusare, vt qui leges violarit.

276, 23. Qui tempore etc. Abrahamo nimirum.

286, 24. Attrahebant. Secum rapiebant.

294, 18. Quod nullus etc. Quod eorum Chrysostomus nullam omnino fecit mentionem. Ac profecto in omnibus eius operibus nullum huius narrationis inueni vestigium.

Ib. Nobis tamen etc. Periculum tamen nobis faciendum, etiam haec explicare. Nec enim vtilitatis expers est, quod hic inest caput, de muliere in adulterio comprehensa.

308, 22. Iuxta — modum. Et moratus. Seu, qui mores exprimit. Interpres ita, ac si legerit, κατὰ τὸ ἔθος.

322, 23. Temere. Licenter, audacter.

338, vlt. Qui visum. Forte legit, διὸ καὶ ὁ ἀναβλέψας.

348, 20. Et quasi etc. Et vt modo audiuerant.

350, 12. Pharisaeis. Videtur ergo Φαρισαίων legisse.

Ib. 22. Aequus. Gratus.

356, 9. Contexturam. Prudentiam. Forte interpres inuenit σύνθεσιν aut aliud quid simile.

358, 20. Spe bona etc. Eleuatus est sermone hoc, tanquam.

Ib. 26. Simplicitatem etc. Hic abesse poterant, ac praeparationem. Nam τὸ ἀπερίεργον τῆς πίστεως est eius, qui simpliciter credit, qui sine omni haesitatione, dubitatione et nimia curiositate credit.

360, 25. Vt appareat etc. Vt appareat, aliorum quidem ex propensa ad bonum voluntate restitutus visus, aliorum autem ex mentis prauitate caecitas.

Ib. 29. Separati erant. Hic omissum: aut qui tunc erant.

362, 13. Similitudinem. Prouerbium.

366, 2. Vt eum etc. Eum audite.

Ib. 11. Cuiusque etc. Singularem in singulas oues ostendens curam.

372, 29. Et qui de malo gloriatur. Κακόδοξος h. l. opponitur τῷ ὀρθοδόξῳ. Est ergo, haereticus.

374, 19. Contritam alligabant. Laesam curabant. Nam συντρίβειν est premere: (quetschen) δεσμεῖν vero est ligare membra pressa.

380, 22. Patris condemnationem. Videtur κατάγνωσιν legisse, loco κατὰ γνώμην. Redde: patris voluntatem.

Ib. 27. Solam conformitatem. Saltem addendum, voluntatis. Vno verbo, consensum.

384, 15. Audire volentes. Volentes interrogare etiam.

Ib. fin. Obliuionem erga eos, qui condemnare properarent. Obliuionem decernere contra ea, quae ante gesta sunt. Τὰ φθάσαντα, sunt iniuriae, quae antecesserant. Καταψηφίζεσθαι vero non est condemnare, sed simpliciter decernere. Dicitur

citur, hoc de iis, qui magno animo acceptas iniurias negligunt et contemnunt. Oppositum est, vlcisci.

390, 17. Et ego taeco. Etiamsi ego tacuero.

394, 9. Alibi etiam. Et. Interpres videtur legisse, καὶ ἀλλαχοῦ.

396, 10. Dirigitur. Fit, spectat. Εὐθύνεται nullo modo legere potuit.

406, 23. Etiam non asciti. Minime fallaces, minime suspecti.

416, a fine 3. Quum in legis transgressionem impegissent. Cum ad legis transgressiones declinassent.

420, 14. De tribu. A principe tribus.

434, 1. Vt omnem etc. Vt omnem ingratorum Iudaeorum excusationem tolleret.

446, 21. De his, qui etc. De incredulis hoc dixit propheta, tam de his, quam de aliis, his aequalibus. Interpres τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων inculcauit post λέγων. Tollenda ergo sunt *horum et similium* post *dicens*.

450, 5. Demonstratiuum. Hoc de suo addidit, ac si repererit ἀποδεικτικόν.

458, 27. Licet — esset. In Graeco tantum est, Ac tantae potestatis.

472, 22. Χάριν παρηγορίας, male, vt videtur, interpres retulit ad sequentia ἔγραψε ταῦτα.

504, 17. Ad vos spectant. Τὰ προσιστάμενά τινι sunt ea, quae aliquem male habent, quae ei molesta sunt, in quibus offendit. Ergo, vos offendunt.

Ib. 24. Quae ad illos etc. Ea, in quibus offendebantur.

508, 19. Sed malitiae etc. Siquidem omnia euerteret et deiiceret.

514, 19. Obiter. Forte.

516, vlt. Quadrat. Similis, non absimilis.
520, 22. Occultabat. Immo, aperiebat, reuelabat. Videtur legisse, ἐπεκάλυπτε.
522, 12. 13. Negatiue etc. Sententiam quidem expressit, sed a Graeco recessit. Κατ' ἀπόφασιν est directe. Rectum est pronunciatum, recte pronunciauit. Qui enim interrogat obliqua videtur oratione vti.
526, 6. Vt sr. Siquidem.
530, 19. Et ex aequo pugnabimus — prospicientes. Et similiter, quasi delirantes, conabimur — prospicere.
532, 3. Sed cognoscentes. Ἵνα non expressit interpres. Ac redundare videtur.
Ib. 3. a fine. Deceptor. Forte legit, ὁ ἀπατεών.
534, 8. Pro honesto. In Graeco est, pro amato.
Ib. a fine 2. Absorptos. Graecum notat, lucta victos, id est, prostratos. Interpres videtur inuenisse, καταποθέντας aut καταποντισθέντας.
536, a fine 4. Spiritus sancti. Per spiritum sanctum.
538, 7. Tandem. Prorsus. Forte τέλος inuenit.
540, 20. Per horrendam etc. Per ea, quae in cruce et resurrectione mea accident horrenda et mirabilia, profeceritis.
542, 10. Ante, *ne incaute*, omisit, *Futura*.
Ib. 11. Prophetiae. Forte ergo legit: προφητικῆς καὶ προγνωστικῆς.
546, 2. Ab hoc itaque. Denique ab hoc.
546, 6. Continuationem. Continuationem et intentionem. Non videtur legisse, καὶ ἐπιτάσεως, id est, αὐξήσεως.
Ib. 10. Vulgare. In Graeco est, *mundanum*, id est, ex rebus, quae in mundo solent accidere, repetitum. Nisi κοινὸν legerit.

552, 17. Et horam. Καὶ ὥραν non est in Graeco.
562, 18. Quam ex substantia etc. Quam a natura adiunctam habebat. In vocabulo συγκληρου̃ν non vbique vrgenda est notio haereditatis.
574, 4. *Repetit*, non est in Graeco.
Ib. 17. Vt cessante etc. Vt acquiescente infirma adhuc mente eorum, plene (perfecte) gaudeant, me non contrario apparente deo.
576, 3. Idem adhuc etc. Continuo hoc quoque dicit, testans eos puros esse a malitia, vt confirmentur, ne turbentur, si odio. Loco προσμαρτυρω̃ν videtur legisse προμαρτυρω̃ν. Quid vero loco ἀπόνηρον legerit, ignoro.
588, 15. Indicare prae conscientia etc. Noscere aut a forma (habitu corporis, specie) aut a voce. Ostendit igitur, quod. Συνειδότος loco εἴδους videtur legisse. Male. Mox est, *neque omnino videre.*
602, 16. Venatores. In Graeco est θήραμα, non θηρατής. Θήραμα vero est, *res, quae capitur.* Ergo, *praedam sentientes.* Sic verbi caussa, cum lupus ouem cernit, impetum in eam facit. Hoc ergo est lupi θήραμα.
604, 20. Accrescebat. Non est in Graeco. Forte προσφύουσαν inuenit. Redde: *respondit, vt eius a potentia* (sublatum) *supercilium detraheret.* Potentiam enim seu potestatem habebat, vt praeses.
606, 10. Aduersatur. In Graeco ἀνταίρει plus est. Dicitur enim ἀνταίρειν de iis, qui principi ac regi suo se opponunt adeoque tyrannidem affectant. Hinc substantiuum ἀντάρτης. Vide Chrysost. T. V. p. 5. B. bis et Theophylact. in Euangelia p. 124. D. p. 819. fin.
Ibid. 14. Annon omnia abiectionis erant. Ac si legerit, οὐ πάντα ἦν εὐτελείας, καὶ τροφὴ κ. τ. λ.

Redde: nonne in omnibus erat vilis (ac humilis) in victu, in vestitu etc.

608, 4. Et quanquam — foras. Haec pro arbitrio mutauit Hentenius. Quae vero in fine habet, ea in nullo meorum adduntur.

612, 2. Quae pariter — erat. Σύννυμφον nunc appellat *affinem*, τὴν κατ' ἐπιγαμίαν συγγενῆ.

Ib. 20. Ad salutaria exercentur. Salutaria tractant, (salutari et euangelicae doctrinae vitaeque Christianae dant operam.)

Ib. 29. Longanimitatis. Παραμονὴ Ioannis est, quod captum, abductum ac cruci affixum Christum fuerat secutus, cum reliqui discipuli eum deseruissent, Ergo, *perseuerantiae*, *constantiae*.

614, 9. Philosophiae dediti. Per philosophiam Christianam. Φιλοσοφεῖν nunc est *compescere libidinem*.

Ib. 16. Testamento cauit. Iussit, mandauit.

616, 1. Idque propter crucis altitudinem. Scilicet spongiam ideo arundini imposuerunt, vt ita facilius pendentis in cruce ori admouere eam possent, quod solis manibus fieri non poterat.

618, 19. Siue vt Euam etc. Siue Euam, vt lateris.

Ib. 21. Per sanguinis etc. Per sanguinem, martyrii (intellige, baptisma) alterum vero per aquam regenerationis. Neque vero mirum caedem martyrum dici baptisma, cum Christus ipse ita de se dixerit. Luc. 12, 50.

622, 15. Seu consiliarium. Hoc ideo perspicuitatis caussa addidit interpres, quod mox ex vocabulo βουλεύειν Euthymius argumentatur.

626, 3. Et se — despicientes. Inter se certantes. Interpres videtur legisse, καὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελοῦντες. Sed quae inferius leguntur p. 627. vers. 12. ἐνίκησαν οὖν κ. τ. λ. lectionem meorum Codd. firmant.

Ib. 27.

Ib. 27. Veritus etc. Veritus tantum temporis impendere negotio superfluo, vano.

636, 2. Nempe — Iohannes. Vtpote Petro etiam et Iohanne comprobantibus, assentientibus.

Ib. 19. Tribuit. Aut ergo interpres αὐτοῖς, quod ex Hebraismo hic additum est, non legit, aut id neglexit.


652, 17. Ornatum. Decus, decentiam.

658, 3. Etsi Hentenius etiam videtur legisse καὶ σωφρονέστερον, tamen malim, σωφρονέστερον γὰρ αὐτὸν κ. τ. λ.

Ibid. 16. Petro itaque etc. Quae in Graeco in fine scholii leguntur, ea in principio habet interpres.

666, 28. Auxit. Immo, castigauit, temperauit, mitigauit.

Index



INDEX LOCORVM LITTERARVM SACRARVM AB EVTHYMIO EXTRA ORDINEM LAVDATORVM.

Pr. notat praefationes tomi primi. I. notat Matthaeum: II. Marcum et Lucam: III. Ioannem. Numeri barbari additi Romanis paginas indicant.

DEV-

MICHAEAS.

Caput

Caput sextum.

Caput septimum.

Caput octavum.

Caput nonum.

Caput decimum.

Caput undecimum.

V. 30.

Cap. vicesimum septimum.

Cap. vicesimum octauum.

MARCI.

Caput primum.

Caput secundum.

V. 30.

Cap. decimum quintum.

Cap. decimum sextum.

LVCAE

Caput primum.

Caput secundum.

Caput

Cap.

V. 26.

Caput secundum.

Caput tertium.

Caput quartum.

Caput quintum.

Caput sextum.

Caput septimum.

V. 29.

Caput vicesimum.

Cap. vicesimum primum.

ACTVS APOSTOLORVM.

EPISTOLAE PAVLLI.

Ad Romanos.

Ad Corinthios. I.

Ad Corinthios. II.

Ad Galatas.

Ad Ephesios.

Ad Philippenses.

Ad Colossenses.

Ad Thessalonicenses I.

Ad Thessalonicenses II.

Ad Timotheum. I.

Ad Timotheum. II.

Ad Titum.

Ad Hebraeos.

EPISTOLA IACOBI.

Cap. 4,

VITEMBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.



CORRIGENDA.

Tom. I.

Pag. 57. verſ. 25. εὐθὺς, loco εὐθές. 65, 16. ἐν ᾗ φάτνῃ. 149, 18. λέγουσιν· ὁ. 153, penult. εἰρηνοποιοὶ δέ. 165, 1. κρυβῆναι. 183, penult. ἐπιτρέπειν. 217, 9. θέατρον. 245, vlt. atterere. 269, 20. εὐτονίας, loco εὐτολίας. 283, 21. παραμυθούμενος. 288, vlt. aſſimilabitur. 290, penult. αἴτιος. 303, vlt. θάνατον. 325, 25. θάψουσι. 363, 6. ἀπολοῦνται. 429, 10. γνούς. 437, 7. ἔκβασιν. 440, 21. lenis, loco leuis. 443, penult. ἁμαρτωλούς. 469, 14. ὑπὸ τῆς. 473, 13. ὁ μονογενής. 511, 16. τῆς οἰκίας. 521, 4. ῥητά· τῆς. 576, 22. temere, loco temerarie. 646, a fine 6. rogabat. 689, 4. οὐσίαν. 738, 11. tentantes, an in ſermonibus eum. 742, 5. dictum et ipſius. 769. in margine poſt Marc. 10, 30. ante 18, 30. adde: Luc. 773, 16. πλάττει. 785, 3. αἵματος. 932, 22. haec fieri. 987, 24. βαλάντιον. 999, 15. ἀποῤῥήτοις. 1027, 15. κοινοτέρου. 1063, 16. γυμνοῦ. 1097, 19. φανερώτερον. 1099, 23. ζωοδότου.

Tom. II.

Pag. 33. verſ. 1. κύριος· οὐδ'. ibid. 5. 6. νόσοις. ibid. 12. ᾔδεσαν. Ita enim vterque Codex. 47, 6. ἀσθενῆ. 59, 15. συνιέναι, συνιέτω. 61, 5. συνιῶσι.

Tom. III.

Pag. 53. verſ. 31. παραγέγονε. 203, 16. μάρτυρας. 285, 25. καθέδραν. 294, vlt. vocabulis. 320, penult. Dele litteram A. Nec enim ita legit Codex, ſed eſt interpretatio a me adiecta. 651, 5. δῆθεν. 652, vlt. opuſc. Myth. p. 711.

In Praefationibus.

Pag. 9, verſ. 11. alius verſibus. 73, 32. erga te mei. 123, 9. opus perpetuum.

Nachricht an den Buchbinder.

Tomus I. ist so eingerichtet, daß derselbe nach eines Jeden Gefallen in 2 Bände kann gebunden werden; die Abtheilung fängt sich mit dem Bogen Oo an. Die hier angedruckten Titel müssen für den II. und III. Tomus gebunden werden; desgleichen sind die Corrigenda zu Ende des III. Tomi zu binden.



